


6
18 E
16

.M.T.C.Rhetoricorum
Libri cum tribus
Cōmentis.


Franciſcus Maturantius Peruſinus Antonio Moretto Brixienſi.S.D.

IN æquo beatitudinis gradu in quadam ad Tacitum epiſtola eos locat Cæcilius: Quibus deorum munere datum eſt:aut facere ſcribēda:aut ſcribere legenda:Criſpus uero ait. Et qui fecere: & qui facta aliorū ſcripſere:multi laudant.Recte ſane:& uere uterq;:nam & qui facit breuis admodū gloriæ cōſequitur fructum:Niſi aliquem naciſcatur ſcriptorem:a quo res a ſe geſtæ ad poſteros tranſmittantur.Et fruſtra fit ingenium:ac facūdia neceſſe eſt:niſi adſit materiam:in qua uerſentur:& uires ſuas promant.Ego uero in pari meritorum & laudis faſtigio libens illos locauerim:qui & locupletant latinam linguam aliquid edendo:quod ſit ſtudioſis ad frugem:& quæ cōdita:& elaborata ab aliis ſunt:ſedulo perquirunt:latere diutius nō ſinunt:Sed ueluti e quodam deprompta theſauro:in lucē proferunt:ac ut eſſe uſui omnibus poſſint pro uirili ſua efficiūt:Cumq; ſcribere ipſis conceſſum non ſit:aliorum ſcripta ſedulo fouent:publicant:illuſtrant.Quo laudis genere nequaquā paruo:aut cōtemnendo ſi quis ornari dignus eſt:poſt admirabile:& prorſus diuinū libros imprimendi inuētum:per quod latina lingua:quæ prope interierat:ſic reſurgere:& iam inſtaurari cepit:ut ſpes ſit propemodū firma:antiquum ex aliqua parte ſplendorem & decus propediem recepturam. Tu mi Antoni Morette oīum (modo non inuideant) cōſenſu digniſſimus iudicaris.Qui quicquid rei litterariæ pro tuo exactiſſimo iudicio fore arbitraris adiumēto:diligenter:uel anxie potius inueſtigas:& uel ab inuitis dominis extorques:trādis impreſſoribus:& ut q̄optime ac emēdatiſſime imprimantur:operam das:Non minus pro tam ardenti in latinam linguā ſtudio:& in litteras ac doctos omnes obſeruantia:habiturus apud poſteros nominis:quā aut Triphon ille bibliopola:cuius quotidiano cōuitio coactum ſe fatetur Fabius:ut iampridem ſcriptas oratorias æderet inſtitutiones:aut Soſii:Quorū punicæ nitidus horatianus liber ſpectari:& proſtare in publico properat:cōſecuti ſunt.Ego tamē debeam ne tibi:quod noſtras in rhetoricos ad Herēnium dare impreſſoribus enarratiunculas:& uoluiſti:& properaſti:nō ſatis ſcio.Quippe qui uereor ne dum cōſulere fortaſſe famæ credis:maliuolorū & inuidorum lacerandum ineptis potius obiicias oculis.Qui ut fuci cœleſti liquore congeſta ab apibus mella:ignaui ipſi abſumūt:ſic nihil prorſus ædentes:alienos inuadunt labores.Et quantum in ipſis eſt:conantur atterere.Quos tamē homines cōtemnemus:& noſtra carpere nō moleſte feremus:ſi modo pūgere ſe:ſed minime penetrare intellexerint. Vale.

Franciſcus Maturantius Antonio Moretto Salutem.

MIſi ad te epiſtolam:quam addas enarrationibus illis noſtris in rhetoricos ad Herēnium . Ad te ſcribimus:& ſi non quātum mereris:certe quantum poſſumus:laudamus. Quando acceperis:pergratum erit:ſi admonebis:& ſimul Vitruuium tuum iamdiu per tot uiros clariſſimos recognitum:ad nos trāſmittas uelim. Vale:& reſcribe Vicentiæ Tertio Kalendas ſeptēbres.

ANTO. Mancinellus Generoſiſſimo Adoleſcenti Hieronymo Omphredi Iuſtiniano: Patritio Veneto: Protonotario apoſtolico: Archidiacono Concordienſi.



❡Rhetoricen ad Herennium eſſe Ciceronis.



Quo uerba in ordinem primum redacta: Vbinam primus orator Vbiue monumentis & litteris primum cõmiſſa oratio: Quis orationem primus omnium ſcripſit: Quis oratoriæ campos primus aperuit: & plura huiuſmodi: Scriberem hoc loco Hieronyme benigniſſime: niſi iamptidem inſcribẽdi orandiq́ Modo ſatis (ut noſti) aperuiſſem. Itaq́ illis omiſſis oſtendam rhetoricen ad herenniũ. M. Tullii Ciceronis (non alterius ut quidam uulgo contenduut) eſſe. Id autem ipſius Tullii uerbis patebit Argumento firmiſſimo: Scri. n. primo ad herennium li. ubi de Veriſimili narratione meminit: huiuſmodi uerba. Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus: niſi quia de inſinuationibus nos noua excogitauimus: ꝙ eas ſoli nos præter cæteros in Tria tempora diuiſimus: ut plane certam uiam & perſpicuam rationem exordiorum haberemus. Hæc ille. In rhetoricis item de inuentione: unde hæc ad herennium (ut patet) maxima ex parte ferme excerpta eſt: Inſinuatio in tria quoq́ tempora diuiſa eſt. Scribit enim in illis ita. Nunc Inſinuationes quẽadmodum tractari conueniat deinceps dicendum uidetur. Inſinuatione igitur utendum eſt: quum admirabile genus cauſæ eſt: hoc eſt ut ante diximus quũ animus auditoris infenſus eſt. Id autem tribus ex cauſis maxime fit: ſi autem ineſt in ipſa cauſa quædam turpitudo. Aut ſi ab his qui ante dixerunt iam quiddam auditori perſuaſum uidetur Aut ſi eo tempore locus dicendi datur: quum iam illi: quos audire oportet: defeſſi ſunt audiendo &c̃. Audebunt ne iam amplius Ciceronis eſſe rhetoricen ad herennium negare? Præterea in opere ipſo ad herennium inquit: Deinceps de inſinuatione aperiendum eſt. In rhetoricis uero de inuentione idem fere: ſic enim ait: Nunc Inſinuationes quemadmodum tractari conueniat. Deinceps dicendum uidetur. Ciceronis ergo rhetoricen ad herennium eſſe. Quid dubitant? De. C. autem herennio Salu. etiam meminit: Aulus Gellius enim li. ix. c. xx. ita ſcribit. Salu. quoq́ proprietatum in uerbis retinentiſſimus conſuetudini conceſſit: & priuilegium quod de Cn. pompeii reditu ferebatur legem appellauit. Verba ex ſecunda eius hiſtoria hæc ſunt: Nam ſylla conſulem de reditu eius legem ferentem ex compoſito Tribunus plæbis. C. herrennius prohibuerat: hæc ille. Quod item argumentum eſt Ciceronis eſſe rhetoricen ipſam ad herennium: Cum eodem fuerint tempore. Herenniorumq́ domus amiciſſima Ciceroni: Nam in oratione pro. M. Cælio ita ſcribit Animaduerti enim iudices audiri a uobis meum familiarem. L. herennium perattente: &c̃. Eſt & aliud argumentum: quum ait. Et ſi negociis familiaribus impediti uix ſatis ocium ſtudio ſuppeditare poſſumus: & Id ipſum quod datur ocii libentius in philoſophia conſumere conſueuimus: &c̃. Solet enim. M. Tullius Cicero ſæpe idem fere ſuis libris inſerere: Vnde in prologo tuſ. queſtionum ait idem pene: nam ita incipit. Cum defenſionum laboribus ſenatoriiſq́ muneribus aut omnino aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. retuli me Brute te hortante maxime ad ea ſtudia: quæ retenta anime: remiſſa temporibus: longo interuallo intermiſſa reuocaui. Et paulo inferius: philoſophia latuit uſq́ ad hanc ætatem: nec ullum habuit lumen litterarum latinarum & excitanda nobis eſt: ut ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris proſimus etiam ſi poſſumus ocioſi: &c̃. libro item quarto ad Lentulum in epi. ad Seruium Sulpitium ſic. Non amicoum negociis: non reip. procuratione impediebantur cogitationes meæ. In ſeptima quoq́ philippica ita: Omne. n. curriculum induſtriæ noſtræ in foro in curia in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. Patet ne iam rhetoricẽ ad herennium Ciceronis eſſe? ita quidem: taceo autem Priſcianum & eo antiquiorem Hiero. ſanctũ: pluresq́ alios: qui ſæpius Ciceronem ad herenniũ citãt: taceo itẽ illud quod ipſemet Cicero ad herenniũ li. primo a ſeipſo exemplũ ducens ſic ait: Paterfamilias quũ filiũ hæredem teſtamento faceret: uaſa argentea uxori legauit. hoc mõ: tullius hæres meus terentiæ uxori meæ triginta pondo uaſoꝝ argenteoꝝ dato quæ uolet. poſt mortẽ eius uaſa prætioſa & cælata magnifice illa petit: Tullius ſe quæ ipſe uolet in triginta pondo ei debere dicit. Cõſtitutio ex ambiguo: &c. itaq́ non ne & hoc firmiſſimũ eſt argumentũ: & illi primo conueniens? Si. n. alius a Cicerone rhetoricen ad herennium ſcripſiſſet: Nunq̃ profecto nec tullii nec terentiæ meminiſſet: Cum uti oſtendimus de inſinuatione dixerit illa Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriproribus: niſi quia de inſinuationibus nos noua excogitauimus: &c. Quæ quidẽ Cice. prius ſcripſerat. Non meminiſſet in quã. Nec tullii nec terentiæ: ne furtũ illud potiſſimũ depræhenderetur: quũ ſibi Ciceronis inuenta de inſinuatione aſſumpſiſſet: ut plurima ex illo eodem opere. Quod ut mihi credaſ Agẽdũ queſo HIEronyme generoſiſſime paſſim præcepta illa de inuentione cum præceptis ad herenniũ conferas: Videbis enim ſæpiſſime eadem uerba in eiſdem clauſulis poſita: præceptaq́ eadeꝫ. Quæ quidẽ ſi cũ noſtris uigiliis ſæpe relegeris IVStiniane mi humaniſſime: Quã tibi natura tribuit eloquentiã ſplendidiorẽ locupletioremq́ reddes facillime. Eſt enim in te acumen ingenii perſpicax. Eſt ille memoriæ duplex effectus: facile nãq́ percipis: fideliter continens: quecũq́ ſemel acceperis. Eſt inde rerum multarum cognitio. Accedit naturale decoris munus: Accedunt mores q̃ optimi. Quis enĩ te probitate gratia continentia modeſtia pietate religione inter æquæuos præſtantior? fœlices igitur tali filio parentes: fœlices amici: fœlix & patria.



Quod autem cõmentariolus iste ad primi dumtaxat uoluminis calcem peruenerit: nulla est alia causa: nisi quia dum opus id romæ publice profitebar ante diem reliqui prouinciam Venetias petiturus: Nec ulterius addere licuit. Quantos.n.labores (ut prima saltem cõmentariorum meorum in Iuuenalem & Horatium Flaccum.editio emendatior uagaretur) sum passus:& in aliis item opusculis:te fugit minime. Scio autem uoluminum quattuor primũ esse difficillimum:quo circa maiori cura maioriq; studio opus fuit In reliquis ubi occasio dabitur aliquid operæ nostræ adiicietur. Addo ulterius anteq̃ istæc collegissem uidisse me cõmẽtarios quosdã sine certo auctoris nomine: quibus cũ multa meo marte tum noua tum necessaria adiici posse uiderem:eo libentius in romano gymnasio rhetoricen ad herennium profitebar. Hinc quæcũq; eo tempore legenti mihi oblata sunt:& in libello notata: Nunc impressoribus trado: Sæpe enim Vir egregius Antonius Moretus brixiensis peritus quidem & cui studiosi omnes ob eius in imprimendis libris curam & studium debent illa & si minime ad operis finem peruenerant a me petiit.itaq; & amico & occasioni satisfacere uolui: Nam propediem Venetiis soluam patriam coniugem filios reuisurus iam triennium absens: tibi autem cõmẽtariolum istum HIEROnyme gratiosissime dedico tuo erga me animo: meaq; in te beniuolentia motus. Vale & Salue. Mancinellumq; tuũ ut facis Ama. Datum Venetiis Octauo idus nouembr.M.cccc.xciii.

Tituli uoluminis primi Rhetorices nouæ ad Herennium.

FRANCISCI MATVRANTII PERVSINI VIRI ERVDITISSIMI IN .M. T. CICERONIS RHETORICORVM LIBROS INTERPRÆTATIO.

ET si negociis familiaribus. Titulus est. M. Tulii Ciceronis ad Herēnium de arte rhetorica liber primus. Quattuor uero omnino sunt. Herēnium ex cognatione sua in peroratione huius operis fuisse tradit Cicero his uerbis. Nam & simul libenter exercebimur propter amiciciam: cuius initium cognatio facit. Multi nouam hos libros uocāt rhetoricam: illos in quibus de sola inuentione praecepit: quos ipse non probauit: nam sebi adolescenti dicit excidisse: ueterem appellant. Veterem autem uel nouam rhetoricam nominari quos dixit libros apud aliquem ueterem auctorem non comperio. Herēnii hortatu hūc se dicit laborem quāuis impeditum agendis amicorum causis suscepisse: ne aut ea nolle uideretur quæ Herēnius uellet: aut laborem subterfugere putaretis: quarum utrūq; Ciceroni turpe erat. Exordii pprietates ferme omnes habet hæc præfatio. Docilem reddit auditorem. Beniuolum. attentum. Docilitatem prius comparat: cum quibus de rebus dicturus sit: exponit. Vt Virgilius: Arma uirūq; cano. Beniuolentiā colligit: cum suum sine arrogantia officium laudat: & qualis in amicum sit ostendit: cuius uoluntati quāuis maioribus negociis occupatus: morem gerere non recuset. Attentum facit: cum multū in se utilitatis habere artem dicit: Rursus beniuolum reddit græcorū scriptorum arguens arrogantiā: qui ut difficilem artem esse ostenderent: ea quæ minime utilia erant tradiderunt. Se autem utilia tantū & pene necessaria scripturū pollicetur. Familiaribus. Nō domus aut familiæ: cuius tantus uir & senator ministros & [illegible]uratores habebat: sed familiariū hoc est amicorum pro quibus partim in foro: partim in senatu [illegible]ud populum dicebat. Manifestumq; est: in amicis defendendis semp ferme occupatū fuisse Ciceronem. Nam ipse in oratione pro lege Manilia sic ait: omne meū tempus: amicorū temporibus transmittendū putaui. & in epistola ad Qu. fratrem nulla est pene dies: quo nō dicam pro reo. Negotiis. Laboriosis occupationibus. Suppeditare. impartiri. Subministrare: & abunde præbere: ut sub pedibus: sicut in prouerbio est: etiam sit. Studio litterarum: Id ipsum. emphasis est: modicum scilicet. Libentius in philosophia. Argumentum intendit: parum datur ocii: & id parum quod datur: libētius in philosophia: q̄ dicendi arte consumere ponere: & locare solemus. Triplex est philosophia sica Platone diuisa. Moralis: Naturalis: Ratiocinalis. Moralis in tres scinditur partes: Monosticam quæ posita in contemplatione est: œconomicam: & politicam. Ratiocinalis Logicam cōtinet: & rhetoricam. Cum enim duo genera orationis sint: concisa: & perpetua: concisa dialectica: perpetua rhetorica assignatur. Et Zenocleates quid interesset inter rhetoricam & dialecticam interrogatus: clausam prius compressis digitis dialecticam indicans: deinde deductam & apertam rhetoricam significans: manum porrexit. Sed hic illud occurrit. Si libentius in philosophia q̄ in rhetorica ocium cōsumere Cicero consueuit: ergo rhetorica quā partē ratiocinalis diximus: philosophia nō est: facile soluitur quæstio. Nam moralem per excellentiam dicimus intelligi: quæ bonum reddit uirum: cum doctum tantū naturalis & ratiocinalis efficiat cæterū rhetoricam philosophiam esse aperte in paradoxis Cicero indicat dicens: Quia nos ea philosophia plus utimur quæ peperit dicendi copia.



MARCI. T. CICERONIS Oratoris Clarissimi Rhetorices nouæ Liber Primus Incipit.

ET SI NEGOCIIS FAMILIARIBUS impediti uix satis ociuʒ studio suppeditare possumus: et ipsum qd' datur ocii libētius in philosophia cōsu-

Antonii Mancinelli Cōmentariolis in Rhetoricen ad Herēnium. Ad Hieronymū Omphredi Iustinianum Patritium Venetum. Protonotarium Apostolicum. Archidiaconū Cōcordiensem.

ET si negociis familiaribus impediti: primum beniuolentiam captat a persona sua: ostendit enim qualis fuerit in amicos. Quum dicit se negociis familiaribus impeditū fuisse. Quum etiam profert quæq; incōmoda quæq; difficultates circa studiū suum essent. Nam uix satis ocium illi suppeditare poterat. Demū instantibus quoq; difficultatibus amico obsequi uelle ostendit. Captat beniuolentiam ab auditoris persona: quum dicit illum nō sine causa Rhetoricen cognoscere uoluisse. Inde a rebus ipsis: laudando enim extollit illas: nam inquit in se non parum fructus habere dicēdi copiam cōmoditatemq; orationis. Docilem postea reddit auditorem ibi. Quas ob res: ostendit quippe se necessaria tantum copiæ dicendi scripturum. postremo attentum facit ibi. Nūc ne nimium longa sumatur oratio. Pollicetur namq; iamiam de re ipsa dicere. Et si coniunctio est aduersatiua: est autem aduersatiua: quæ aduersum conuenienti significat: unde se impeditum ostēdit negociis familiaribus ita ut studio uacare uix possit. Etsi negociis: ordo est. O Cai herenni uolsitas tua

cōmouit nos ut de ratione dicendi conscriberemus ne aut tua causa noluisse: aut fugisse nos laborem putares. Et si negociis familiaribus impediti &c. Quotiens enim insunt. Quāuis licet & si Quāq̄ similiaq;: & Tamen. Nimirū a uerbo cui adherebat tamē ipso tamē excusso incipiēda est cōstrui oratio: qd̄ idcirco in ligatura & quasi iūctura orationis insertū est: quia oratio unde nō debuerat inceperat. Qd̄ si principali uerbo cœpisset: supuacuū fuisset inserere tamē. Tūc igitur quū recte ichoatur, illā dictionē ut supfluam quasi functam officio suo debemus abiicere. Negociis familiaribus. Actionibus causarū & defensionib⁹ amicorū. Ait.n. lib. iiii. episto. ad Seruiū Sulpiciū. Nō amicorū negociis. Nō reip. pcuratione impediebātur cogitationes meæ. Et philippica. vii. inquit. Omne.n. curriculum industriæ nostræ in foro in curia in amicorū periculis ppulsandis elaboratū est. In fine etiā libri primi ad Herēniū illa scribit. Et si quo tardius hæc q̄ studes absoluētur: tū rerū magnitudini: tum nostris quoq; occupationibus assignare debebis. Negociis: negociū dictū q̄ nō sit ocium: ut scribit Festus: Vt uero Fabius lib. iii. ait: sic finit Apollodorus Negociū est cōgregatio psonarū locorū temporū causarū factorū instrumētorū sermonū scriptorū & nō scriptorū. Familiaribus familiares ex ea de familia dicebant. olim ut scribit Festus. Amicus aūt familiaris & Necessarius quo pacto differāt. M. Cice. in orōne pro rege Deiotaro pādit his uerbis. Laboro eqdem regis Deiotari cā: quocū mihi amicitia populi ro. cōciliauit hospitiū: uolūtas utriusq; cōiunxit. Familiaritatē cōsuetudo attulit: sūmā uero necessitudinē magna eius offam ī me & in exercitū meū, effecerūt &c. Ociū. quietē occasionē & tēporis oportunitatē: Vacationemq; a labore. Cicero aūt lib. v. tusc. ait. Quid est.n. dulcius ocio litterario ubi pro labore studii ociū accepit: qa his q studiis opam dant necesse est ut nō negociosi sint. Studio. Studiū est animi ad aliqd agēdū ptinacia; Vel studiū est animi cōsensus ad aliqd utrūq; Victorinus scribit lib. i. rhe. Vbi ēt Ci. inqt. Studiū est aī assidua & uehemēs ad aliquā rem applicatā cū uolūtate occupatio: ut phiæ poetriæ geometriæ lrarū. Suppeditare: submistrare. Possumus: possumus psentis Indicatiui uoce in antiqs legit: & ita legendū est. Nā & si. Et quāq̄ indicatiuū sp ascisctīt. In principio. Lorōnū epistolarū librorū. Quāuis & licet ī hoc loco raro; In cæteris oīa indifferēter. In phia: Moralē intelligit: quæ oratori ualde est necessaria: itaq; nisi eā tenuerit nihil in quo magnus esse possit hēbit. Fab. item lib. ii. ait q̄ rhetorice locū in ethice negocialē assignāt. i. pragmaticon. Et Ci. li. i. tuscu. phiam Studiū sapiētiæ interpratatur. Et li[...] eiusdē operis phōs sapiæ studiosos appellat. Vbi etiā de philosophia sic ait. O uitæ philosophia dux: O uirtutis indagatrix expultrixq; uitiorū: Quid nō modo nos sed oīno uita hoīum sine te esse potuisset? Tu urbes pepisti. Tu dissipatos hoīes in societatē uite cōuocasti. Tu eos inter se primo domiciliis deinde cōiugiis tum lrarū & uocū cōiunctione iunxisti. Tu inuētrix legū. Tu magra morū & disciplina fuisti. Ad te cōfugimus. a te opē petimus. tibi nos ut antea magna ex pte sic nūc penitus totosq; tradimus: hæc Ci. qui ēt lib. i. tus. sic dixerat phia uero oīum mr artiū qd est aliud nisi ut Plato ait, Donū ut ego inuentū deorū: hæc nos primū ad illorū cultū deinde ad ius hoīuz qd̄ situ est in generis hūani societate tū ad modestiā magnitudinēq; aī erudiuit: eadēq; ab aīo tāq̄ ab oculis caliginē dispulit &c. Idē uero lib. i. de oratore scribit quo mō phia in tres ptes est distributa in naturæ obscuritatē in differēdi subtilitatē. In uitā atq; mores tertiū genus inqt q̄ sp oratoris fuit nisi tenebimus nihil oratori in quo magnus esse possit relinquemus. Macro. ēt lib. ii. de som. scribit phiam triplicē esse. Moralem. Naturalē & rōnalē. Moralis ē quæ docet morū eximiā perfectionē. Naturalis quæ de diuinis corporibus disputat. Rōnalis: quū de incorporeis sermo est q̄ mens sola cōplectitur. Est aūt phia ut scribit Alcinous affectio sapiæ: q̄ soluit ac reducit ad intelligibilia: conuertitq; nos ad ea q̄ sunt sm ueritatem.

mere cōsueuimus: tua nos tamen Cai Herenni uoluntas cōmouit: ut de ratione dicendi cōscriberemus: ne aut tua causa noluisse: aut nos fugisse laborem putares: et eo studiosius hoc negocium suscepimus: qd̄ te non sine causa uelle cognoscere rhetoricam intelligebamus. Nō enim parū in se fructus habet copia dicendi: et cōmoditas orationis; si recta intelligentia et diffinita animi moderatione gubernetur. Quas ob res illa: quæ græci scriptores:

FRAN. M. Tua tū nos uoluntas. Nō parua beniuolentiæ captatio est: cum negociorum & studiorū intermissa cōsuetudo dicitur: ut amici satisfieret uolūtati. In quo & a psona ppria beniuolētiam comparat Cicero: bonū enim uirū se ostēdit: cū amici cā laborez suscipit quē honestū & utilē nō subterfugit: qd̄ si faceret turpe & dedecus esset. Nam amicis honesta petentibus negare nefas est: cū ut ipse ait in lælio. Hæc in amicitia lex sanciatur: ut ab amicis hōesta petamus & amicorū cā honesta faciamus roga: ti: officio ōte fungitur amicitiæ quæ ē ut Salust. ait. idē uelle & idē nolle. Ne nos aut tua causa noluisse. Duo sunt quæ ad scribendū Cice. impellūt: primū ut amici morē gerat uolūtati: alterū ne laborē subterfugere uideat: quorū neutrū honeste facere poterat. Tua cā. Debemus. n. uelle q̄cūq; tu uis. De rōne dicēdi. Rhetorices diffinitionē cōplexus ē: q̄ rō dicēdi ē. Dicere aūt est apte copiose distincte loq. Nec dicit q̄sq̄ nisi q exacte loqtur. At uero loq a nā ipsa ē. Cōscriberemus. nō sine cā sic locutus est: nā de oībus rhetorices ptibus tractat: qd̄ in eo libro nō facit quē ueterē rhetoricā noīant in quo de sola ut dictū est inuētione pcepit. Et eo studiosius. Atterum hic reddit Herēnium

dit Herenniũ. Attentos enim facimus. Cum de rebus magnis: nouis: inusitatis & q̃ utiles sint illis praesertim qui audiũt: uerba nos facturos pollicemur. Eo studiosius. iõ libentius. Laborem hunc iugẽ suscepi qm̃ te ideo artẽ rhetoricam cognoscere uelle intellexi: ꝙ utilem nõ malam sicut multi eam esse iudices. In ueteris prohoemio Multos dicit illis tpibus fuisse quibus rhetorices nomen erat inuisum: ꝙ noxiam eam esse putabãt: & plus mali q̃ boni in se habere. Sed utilissima est siquis eã cũ sapia coniungat. Non sine cã. Nõ temere sed quod utilẽ ducis esse. Copia dicendi rhetorica. Quam rõnem dicendi superius uocauit Copiã. nunc dicit nihil est enim tã oratori necessariũ: q̃ idoneorũ uerborũ copia. Illud enim maxime in oratione cauendũ est: ne arrida & ieiuna sit. Cõmoditas oratiõis. Non frustra hoc additũ nã in eo precipue occupatus esse debet orator: ut utilitatẽ aliquã afferãt q̃ dicit. Cõmoda aũt tũc erit oratio. Cum nihil superfluũ dicetur: nihil omittetur necessariũ. Ille tamẽ sensus uerior est ut Cõmoditatẽ dicamus orationis cũ accõmodanť uerba sentẽtiis. & Humilibus humilia. Mediocribus mediocria: sublimibus sublimia efferunť. Quod in operibus suis seruare Virgilium animaduertimus. Recta intelligentia ut recte ea de qbus dicendũ est: orator intelligat: omnẽ scilicet subiectã materiam. Ne illa in eũ cadat reprehẽsio: que a Mutio Scaeuola in Seruiũ Sulpitium oratorem pstantissimum pfecta olim tradiť. Turpe esse: patritio & nobili & causas oranti ius in quo uersaretur ignorare Cum de re amici sui quaerens Seruius quod responsum a Mutio de iure fuerat parũ itellexisset: iterũq interrogasset. Qua contumelia adductus Ciuili iuri operam dedit. Et certe recte dicere nemo potest: nisi qui rem intelligat de qua contingit dicere. Diffinita animi moderatione: Breuissime hoc loco illud attingit: qd in ueteris rhetorices poemio: prolixe disputauit: Eloquentiã scilicet cũ sapiã oportere esse coniunctã. Nam eloquentiam sine sapientia prodesse nunq̃ dicit: obesse plerũq: satiusq est sapientem esse sine eloquentia. Quã eloquentẽ sine sapientia. Vtentiũ aũt uitio mala fit eloquentia. Quod si ad malũ tantũ data esset: nõ mater natura ipsa que dedit. Sed nouerca: ut Quintilianus: ait fuisset cũ adeo praestans sublimisq res sit. Sapientiã uero: cui Eloquentiã cõiunctam debere esse asserimus: uirtutem illã intelligimus: que sic diffinitur. Virtus est habitus animi in naturae modũ rationi consentaneus. In naturae modũ diciť ut platonem secutus ait Victorinus. Quoniã duobus constamus anima & corpore. Immortalis anima est: & si imortalis a diuinis descendit: ergo perfecta est. Sed acies q̃uis perfecta anime quodam corporis crasso tegmine irretitur: & circũfunditur. Et ita fit ut quandam obliuionem sui capiat. Cũ uero studio: ac disciplina ueluti detegi ceperit atq nudari. Tunc in naturae suae modum animi habitus reuertitur: atq reuocatur. Hãc uirtutẽ Plato dicit nũc arte fieri nũc cum hominibus nasci nunc exercitatiõe cõfici nũc a deo dari. Cicero eandẽ ponit cũ sapiẽtia in eo qd uel in naturae modũ qd uerius est. Quoniã ut zeno dicebat hominis finis est. Cõsentaneae secundũ naturam uiuere. Id aũt esse secundũ uirtutem uiuere ad eam enim nãm nos ducit. Diffinita ergo moderatione Sapientiam quã cũ eloquentia coniunxerit: diffinite animi moderatiõe gubernabitur: neq ea defendet q̃ defendenda nõ sunt neq ea oppugnabit que oppugnare nefas est. Vel uirtute que eadem cũ Sapientia est diffinita certa & recta & ueluti circũscripta clausaq extremis que uitia sunt: neq inclinans p excessum neq declinans per defectũ sempq sibi in faciendis & nõ faciendis cõsonans. Moderatione oĩm enĩ moderať uirtus: Quae ut ait Oratius Mediũ est uitiorum utrinq redactũ. Quas ob res. Hic a psona aduersariorũ beniuolentiã colligit quos in odiũ rapit. Cũ eorũ arroganter: & inaniter facta cõmemorat. Dicit. n. supflua nimiũ: & que nihil ad artẽ ptinebant: cõquisiuisse & ut multa scisse crederenť: & ut difficilior ars cognitu uidereť. Sciẽdũ aũt est auctor Varrone oĩum pene artiũ quedã intrinseca eẽ que dã extrinseca. Intrinseca pcepta. Sic necessaria sunt: Sic artẽ cuius sunt: cõstituũt: ut Sine illis tradi ars ipsa nõ possit & hẽri. Exẽpli gratia ne a nostra discedamus facultate rhetoricã qui tradit: regulas & pcepta tradat inuentionis: eloquutiõis: memoriae & pnuntiationis necesse est. Exordii praeterea: & reliquarum orationis partiũ: quod sint status doceat & caetera oĩa aperiat. Sine qbus pcipi ars nõ põt. Intrinseca haec dicenť. Extrinseca uero ad artẽ quidẽ aliquo modo pertinẽt: necessaria tñ nõ sunt. Et si praetereas nihil afferas arti uel discenti detrimenti. Vt quaerere de origine & auctorib⁹ rhetorices: an sit ars an uirtus differere: non. n. statim ad ipsum ptinet artificiũ quicq̃ instruunt oratorẽ: In huius modi rebus inanis gloriae cupidi: occupati erãt graeci. Se tñ illa dicit tñ que scriberet assumpsisse. In quo a sua persona beniuolentiam cõparat. In rhetores illos graecos dici scito qui superflua & inutilia multa scripserunt: ut hermagoras: de quo ait in ueteri. Nã Hermagoras quod nec qd dicat attendere: nec qd polliceať: intelligere uideť. Caeterũ multi artẽ utiliter & cõmode ex graecis tradiderũt. Vt Aristoteles. Theophrastus. Theodorus. Gadareus. Appollonius. Malon. Dionysius Halycarnaseus: & alii non pauci. Quas ob res. Recte plurali numero usus est. Duo. n. superius dixit fuisset que suscipere laborem scribendi compulerunt: alterum ne amici causa nõ uidisse: alterum ne laborẽ subterfugisse putaretur.

ANT. M. Voluptas. Voluptas est que qd cũ rõne desideratur: estq in solo sapiẽte. Quae ãt aduersus rõnẽ excitata ẽ uehemẽtius: ea libido ẽ uel cupiditas effrenata: q̃ in oibus stultis inueniť. Auctor est Cice. li. iiii. tusc. De rõne dicẽdi piphrasis ẽ uel interpraetatio rhetorices: Cõscriberemus: de oibus partibus simul docẽtes. Vñ in plogo lib. iii. ait. Ne qd nobis rhetorice artis deesse possit. Rhetoricam. rhetoricen in latinũ trãsferẽtes tũ oratoriã tũ oratricẽ nõinarũt: ut docet Fabi⁹. li. ii. c. xv. Et. li. v. scribit ꝙ rhetorice est bene dicẽdi scia. Aut rhetoricẽ est inueniẽdi recte & disponẽdi & eloquẽdi cũ firma memoria &

dignitate actionis scia. Si recta ĩtelligẽtia: scribit Ci. i ꝓhemio rhe. Sapiẽtiã sine eloquẽtia parũ ꝓdest.

FRAN. M. Inanis arrogãtiæ cã: nõ ut suis prodessent sectaroribus. Sed ut gloriã ipsi: si multa dicerent & insolita: pauꝗ ad artem spectantia consequerent. Arrogare est nimiũ de seipso præsumere: sibi ipsi indulgere: & placere: ac propriis bonis supbire: maioraꝗ ea existimare: q̃ re uera sint. propriæ aũt est de seipso aliquid prædicare. Vt aũt nobis arrogamus: cum de nobis ipsis aliqd ꝓdicamus. Quod inanis iactantiæ: Superbiæ: & insolentiæ est. Sic aliis tribuimus quos laudamus: & magnificamus. Cicero non tantum mihi arrogo inquit: neq assumo. Idem nõ tantũ mihi arrogo quantũ tibi tribuo.

Inanem dixit: quoniam inanes: hoc est uanos & stultos hoies reddit. Assumpserunt tanquam ab ipsis inuenta: tanquã ipsoꝝ labore quæsita. Parum multa: hoc est ut multarum rerũ tenere scientiam uiderentur. Difficilis & ipsi propterea magis cõmendarentur: ꝙ tam occulta & obstrusa inuenirẽt explicarẽtq. Cognitu: ut cognoscerenť. Sicut effabilis dictu: hoc est ut dicatur. Supinũ enim ẽ: quod a nomine tantum & eodem adiectiuo regitur non rem: non substantiam: aut qualitatem. Sed actionem potius uel passionem uerbi significat. Non. n. spe quæstus. Et hic rursus a persona sua beniuolum facit herennium: officiũ suũ sine arrogãtia laudans. Dicit enim se utilia tantum & ne

inanis arrogantiæ cã sibi assumpsere relinqmus. Nã illi ne parũ multa scisse uiderentur: ea cõquisiuerũt: quæ nihil ad ꝓpositũ attinebãt: ut ars difficilior cognitu uideretur. Nos aũt ea quæ putauimus: ad rõnem dicendi pertinere sumpsimus. Non. n. spe quæstus aut gloria commoti uenimus ad scribendum: quẽadmodũ cæteri: sed ut industria nostra tuæ morem geramus uoluntati. Nunc ne nimium longa sumatur oratio: de re dicere incipiemus. Sed si te illud unum mouerimus: artem sine assiduitate dicẽdi non multũ iuuare: ut intelligas hãc præceptiõis rationem ad exercitationem accõmodari oportere:

cessaria conquisiuisse: quoniã non spe lucri: aut cupiditate gloriæ surrexerit ad scribendũ: sed ut amico obsequeretur honesta petenti. Quæstus. lucri inhonestum autem lucrũ significat quæstus. Vñ Meretricius diciť q̃stus. Gloria inani scilicet: quã ex rebus quærimus minus honestis. Nam uera gloria ex honestate nascens: q̃renda est: pro qua adipiscẽda romani ueteres sp laborarũt: pro qua ẽt mori nõ recusarunt: quam sic diffinit Cicero Gloria est frequẽs fama cum laude quẽadmodũ cæteri. s. fecerũt. Nam & aristoteles Isocratis rhetoris: ut Cicero ait: Gloria cõmotus cuius scolam frequentari uidebat: cũ sua nõ admodũ frequentareť: promeridianis horis rhetoricã docere incepit. Noto illo ex philocteta uersu frequẽter usus αισχρον σιωπαν και ισοκρατη εαν λεγειν hoc est turpe est Aristotelem tacere: & Isocratem pati dicere. Industria nostra: labore nostro & diligentia: cum qua Industria conuertitur: Quæ est honestus labor: in re honesta susceptus. Morem geram: obsequar: obediam: utimur & integra dictione morigeror. Vnde moriger: & morigerus obsequẽs & obediens. Nunc ne nimium longa. Præfationẽ cõcludit: ne si ea nimis longa utatur: imitari eos uideatur quos superflua quæsiuisse accusat. Assiduitate: cõtinua ꝗuadã dicendi cõsuetudine: cuius magna uis est: ut ipse ait Cicero. Ouidius quoꝗ inquit nihil assuetudine maius: optimus dicendi magister usus est: sine quo parũ discẽti artis conferent præcepta. Hanc rationem præceptionis: hanc doctrinam: & hæc artis rhetoricæ documenta. Ars præceptio dici ideo iure potest: quoniam in præceptis regulisꝗ consistit. Accommodari, adaptari: adiungi. Ad exercitationem: sine qua nulla in arte: quecũꝗ sit: excellere possumus. Oratoris officium est. De arte rhetorica precepturus: prius oratoris diffinit officiũ. In qua diffinitione quis finis rhetoricæ sit simul ostendit: nõ. n. officium recte diffiniri potest sine admixtione finis: neꝗ finis sine cõmixtione officii: quare ut facilius cognosci res possit: qđ sit rhetorices genus: q̃ spẽs: quæ materia quæ artis partes integrales: quod instrumentũ: quod partes instrumẽti: quod opus rhetorices: quis effector: quod eius officium: quis finis sit dicendum uideť. His enĩ expositis melius quæ de oratoris tradit officio intelligenť. Genus rhetorices facultas est; quæ omniũ artium quoꝗ est: ut cũ dicimus dialectice facultas est discernendi uerum a falso: Rhetorica benedicendi: Grãmatica recte loquendi Geometria metiendi: in iis omnibus genus est facultas. Species tres sunt. Demonstratiua. Deliberatiua. Iudicialis: quæ & causarum genera dicuntur: sed de his multa inferius. Materia ciuilis quæstio est. Sicuti Cicero uult hoc loco: & in ueteri rhetorica ubi ait Ciuilem quandam rationem esse quæ multis & magnis ex rebus constat: & eius quandam magnã & amplam partem esse artificiosam eloquentiam: quã rhetoricam uocant. Idem Cicero in libris de oratore omnibus de rebus dicendum: oratori arbitrať. Quintilianus quoꝗ res omnes materiam iudicauit rhetorices esse: quæcũꝗ subiectæ fuerint. Et ad dictionem propositæ. Et re uera circa omne orator subiectum uersatur: de quo probabiliter dici possit. Integrales. Rhetorices ptes qnꝗ sunt. Inuentio. Dispositio. Elocutio. Memoria & ꝓnuntiatio. Instrumentum ipsa est oratio cuius hæ sunt partes: exordium narratio diuisio confirmatio confutatio conclusio. Opus rhetorices est docere & mouere: qđ ex hisdem sex instrumẽti partibus subministrareť. effector ipse est orator: cuius officium est dicere apposite ad persuasionem: finis est tamen in ipso: tum in altero. In ipso quidem benedixisse idest dixisse apposite ad persuasionem in altero uero persuasisse.

Neq̧ enim si qua impediant oratore quominus persuadeat:finem suum nō eẽ consecutus dicetis:modo quantum in ipso est officium impleuerit:& persuadere nixus sit.

ANTO.M. deesse ciuitatibus.Eloquētiā uero sine sapientia nimiū obesse plærūq̧:pdesse nūq̄. Fabius ēt lib.xii.scribit φ si uis illa dicēdi malitiā instruxerit nihil sit publicis priuatisq̧ rebus pniciosius eloquētia. Intelligētia aūt ut Ci.circa finē rhe.docet est p quā aīus ea pspicit q̄ sunt:est.n.una ps prudētiæ.Prudētia uero est rerꝝ bonarꝝ & malarꝝ scīa partes eius memoria itelligētia puidētia.Memoria est p quā aīus repetit illa q̄ fuerūt.Intelligētia est:&c.ut diximꝰ.Prouidētia est p quā futurū aliqd uidet̃ anteq̄ factū est. Definita certa. Quas ob res.Docilē facit auditorē ostēdēs se necessaria tantū copiæ dicēdi scripturꝝ. Arrogātiæ:Arrogans pclara & ea q̄ nō insunt & maiora q̄ insūt fingere sibi uidet̃.dissimulator aūt cōtra negare q̄ sibi insunt aut iminuere solet.Ita interpr̄tatur lib.iiii.æthi.Aristo.Argiropylus.Vt ars diuidit̃ Rhetoricæ ī artē Artificē & opus.Ars est q̄ disciplina pcipi debet.Ea est benedicēdi scīa.Artifex est q pcipit hanc artē.i.orator:cuius est sūma bn̄dicere.Opus qđ efficit̃ ab artifice.i.bona oratio:hæc Fab.lib.ii.scribit.Rationē dicendi Rhetorices definitio. Quæstus:lucri. Gloria:gloria est illustris ac puagata uel in suos ciues uel in patriā uel in omne genus hoīum fama meritorꝝ.Auctor est Cic.in orone pro.M.Marcello.Idē uero lib.ii.rhe.sic ait.Gloria ē frequēs de aliquo fama cū laude. Nō.n.spe quæstus:beniuolū maxime ergą herēniū auctor se hic oñdit:cū nō quæstus nō gloriæ cā scripserit sed dūtaxat uti amico obseqret̃. Industria cura labore studio. Morē geramus:obseqmur. Nūc iā nimiū:attentū facit auditorē pollicet̃.n.iamiam de re dicere.Sed supple de re dicere īcipiemus. Artē sine assiduitate dicēdi. Multo labore assiduo studio uaria exercitatione plurimus expimētis altissima prudētia psentissimo cōsilio cōstat ars dicendi:ut scribit Fab.lib.ii. Rōnē:Causa est q̄ nos impingit ad aliqd faciēdum.Ratio aūt q̄ utimur in faciēdo.Seruius auctor in arte.Victorinus uero lib.i.rhe.sic ait:Cā est animi ipulsus ad aliqd agēdū.Rō est gerēdorꝝ ordo ex cā ueniētiū:ut qd quo loco facias ac dicas itelligas. Præceptiōis disciplinæ:pcepta.n.& pceptiones indifferēter pro disciplina ponimus. Accōmodari:adiungi.Virgi.lib.ii.æneí.Lateriq̧ argi suum accōmodat ensem.

De oratoris officio. Tit. Primus.

ORatoris officium est de his rebus posse dicere:quæ res ad usum ciuilem moribus & legibus constitutæ sunt:cum assensione auditorum:quoad eius fieri poterit.

FRAN.M. Oratoris officiū. Hic mām tangit rhetorices:Nam si oratoris officiū est de his rebus posse dicere:quæ ad usum ciuilem pertinent:oēs ciuiles cōtrouersias materiā intelligimus oratoris esse.Et cōstitutiones quæ tres sunt.Cōiecturalis legitima.Iuridicialis.Ciuilis qōnis partes sunt:qđ & ī libro de oratore dicit:ut nulla rhetorices pars esse possit:quæ in ciuili negotio nō sit.Orator a Cesorio Catone quē primū apud romanos legimus rhetoricē fuisse:uir bonus diffinitur:dicēdi peritus.Quintilianus quoq̧ lib.institutionū oratoriarum talē quē ɔstituit & instruit ipse:oratorē uult esse:nec intelligi citra uirtutē posse.Et re uera si malo uiro adiuncta fuerit eloquētia publicis priuatisq̧ rebus perniciosius nihil erit.Adde φ malis etiā cū uera dicunt nō credit̃.Et ut Aurelius Augu.dicit:omni grauitate sermonis maius pondus hēt uita dicentis. Deniq̧ talis sit orator:qlē designasse his uersibus Virg.uidet̃. Tum pietate grauē:ac meritis si forte uirū quē cōspexere silēt:arrectis auribꝰ adstāt:Ille regit dictis aīos:ac pectora mulcet. Officiū sic diffinit̃:auctore uictorino officiū uniuscuiusq̧ psonæ actus ɔgruēs. Est:Scd̃m mores & istituta ciuitatis:sed p psonis ut scimus officia diuersa sunt.aliud pris:aliud filii:aliud dn̄i:aliud serui officiū est:p ipsa sumit̃ uirtute:nōnūq̄ & pro bn̄ficio siue obseqo.Vnde officiosus:singulæ quoq̧ artes suā actionē offm̄ uocāt:ut offm̄ grāmatici:offm̄ oratoris. Posse dicere.facultatē dicendi hēt:qm̄ nō tūc solū orator dr̄ & hr̄ cū orationē hēt:sed etiā cū nō dicat:mō ita institutus sit atq̧ instructus & arte īgenioq̧ patus:ut dicēdi uim hēat & facultatē:qn̄ opus sit. Quæ res ad usum ciuilē.Politicā oñdit q̄ in gubernatiōe ciuitatis & negociis ciuilibus uersat̃.Cū uero ait moribꝰ & legibus ɔstituta sunt:ciuilē inuit qōnē:q̄ ex his oriri cognoscit̃:q̄ moribꝰ & legibus cōtinent̃.Et certe oīs reip.status moribꝰ & legibus cōstat.Ciuilē aūt qōnē mām rhetorices eē plærīq̧ quos hic secutus est Ci.uoluerūt.Mos differt a lege:nā sine scripto ē:in cōsuetudine positus lōgo tpe oīum cōsensu approbatus:ut uenerari senectutē:lex scripta ē:eadē in ɔsensu unius & uolūtate qnq̧ posita est mos nō nisi multorꝝ pōt eē pterea unius dici aut paucorꝝ lex esse:mos nō nisi lōgi tpis. Cū assensione auditorꝝ quoad eius fieri poterit.Hoc addidit:qm̄ nō semp psuadet orator:psuasio.n.tum ī ipso:tum in auditore est.duplex igit̃ finis ē intrīsecus in ipso psuadēdi:extrīsecus in auditore:ut psuaderi uelit:Nec uitiū dicet̃ oratoris si qn̄ nō psuaserit:sed auditoris q psuadere noluerit sicuti medici uitiū nō erit:si ægrotus q intēperās ē:& parere nō uult:sanatus nō fuerit:quātū.n.in eo extitit:& officiū suū curandi & finē sanādi ipleuit.bonus quoq̧ gubernatoris bene & uigilāter nauē regēs:si portū tenere nō pōt:in quē peruenire studet:& uēto & tēpestate alio impellit̃:nō nomē gubernatoris amittit:qm̄ quoad eius fieri potuit officio suo gubernādi & fine portū tenēdi functus ē.Pari rōne si ita orator dixerit:ut psuadere potuerit:q̄uis nō psuaserit:suū tn̄ tuet̃ officiū:& finē. Quoad eius:male sentiūt qui uolūt eiꝰ pro ab eo poni more græco.Modus loquēdi ē:& ps una:qđ in epl'a cognoscit̃ ad apium:cū sic ait Ci.si eam quoad eius fieri poterit q̄.expeditissimā tradideris:quoad eius ergo significet quatenus:& ut uulgo dicunt inquātum.

ANT.M. Oratoris officium:orator est uir bonus dicendi peritus: ut.M.Cato definiit auctore Fabio lib.xii. Vir bonus aũt cõsistit natura moribus uita artibus.dicendi peritus cõsistit artificiosa eloquẽtia:q̃ cõstat ptibus qnq̃:inuẽtione:dispositione:elocutiõe:memoria:pronũciatione:& fine officii qđ est aliqd psuadere. Vtq̃ Cice.lib.i.de oratore scribit. Is orator erit qui quæcũq̃ res inciderit quæ sic dictione explicanda prudenter & cõposite & ornate & memoriter dicet:cum quadam actionis etiam dignitate. At Victorinus inquit:Orator est qui in causis priuatis ac publicis plena & perfecta utitur eloquentia. Rhetor est qui docet litteras atq̃ artes traditor eloquentiæ. Sophista est apud quem dicendi exercitium discitur.

Officium est:officiũ dicitur quasi efficiũ ab efficiendo quod unicuiq̃ personæ congruit. Vt Donatus in adelphis inquit.hinc Victorinus ait:officiuʒ est qđ ex legibus uel ex natura necesse est nos ĩpossibile.

De his rebus posse dicere.Cice.lib.i.de oratore.Oratorẽ plenũ atq̃ pfectuʒ esse eum qui de oĩbus rebus possit copiose uarieq̃ dicere.Fabius etiã lib.ii.scribit q̃ Vis oratoris professioq̃ ipsa benedicẽdi hoc suscipere ac polliceri uideť:ut omni de re q̃cũq̃ sit ꝑposita ornate ab eo copioseq̃ dicať. Dicere.Scribit Cic.ĩ Bruto Dicere ꝓprie esse oratoꝝ:loq uero dialecticoꝝ.Et de claris oratoribus inquit q̃ sunt duæ sũmæ in oratore laudes. Vna subtiliter disputãdi ad docẽdũ.Altera grauiter agẽdi ad aĩos audientiũ pmouẽdos.

Ad usum ciuilẽ:ad ciuiũ utilitatẽ.lib.ẽt.i.the.ait oratoriã facultatẽ ciuilis sciæ partẽ eẽ. Moribus & legibus.Mos est institutũ pſum ptinẽs maxime ad religionẽ cerimoniasq̃ deoꝝ antiquoꝝ auctore Festo. Lex aũt est rõ sũma insita iñ nã:q̃ iubet ea q̃ faciẽda sũt:phibetq̃ ꝯtraria:ut Tullius lib.i.de legibus inq̃t. Secũdo uero ait Cõstat pfecto ad salutẽ ciuiũ Ciuitatũq̃ ĩ columitatẽ uitãq̃ oĩum q̃etã & beatã cõditas esse leges. Assensiõe.i.cõsensu. Quoadeius fieri poterit:quãtum in ea re.Gellius quoq̃ lib.xiii.in prin°.sic ait.Capita aũt locoꝝ argumẽtorũq̃ qbus usus est quoadeius meminisse potui egressus ibi ex auditione ꝓpere annotaui.

De tribus generibus causaꝝ. Tit.ii.

TRia sunt genera causaꝝ:quæ recipere debet orator:demõstratiuũ:deliberatiuũ:et iudiciale.Demõstratiuũ genus est qđ attribuitur ĩ alicuius certæ psonæ laudẽ:uel uituperiũ. Deliberatiuum ẽ:qđ positũ in cõsultatiõe hẽt in se psuasionẽ & dissuasionẽ.Iudiciale est:qđ positũ in cõtrouersia habet accusationẽ in se:aut petitionem cũ defensiõe.

FRAN.M. Tria sunt genera causarũ. In oratoris diffinitione materiã artis & finem complexus est:nũc qd sit qđ ad usum ciuilem spectet:in quo oratoris uersať officium exponit.Et de speciebus tractat rhetoricæ:quæ & genera causarũ uocanť. Sũt aũt tres.Demõstratiua.Deliberatiua. Iudicialis:in qbus tota facultas rhetorices est. & eadẽ in singulis integra. Nam qui harũ unã tenuerit:pfectus orator erit:cũ singulæ species oratorẽ absoluant. Teramenes cognomẽto Cothurnus deliberatiuam tm̃ appræhendit:& orator dictus est: Zeno iudicialem tantũ adeptus:orator habitus fuit. Gorgias demonstratiua cõtentus oratoris noĩe nõ caruit. Hæ spẽs quẽadmodũ facultatis spẽs sunt:ita & cãruʒ genera sub quoꝝ quolibet cãæ oẽs sine spãles:sine indiuiduæ cõptæhẽdunť.Sub iudiciali spãlis cã est repetundaꝝ & maiestatis:ideo spãlis q̃ ad oẽs eius criminis reos ptinere põt. Indiuidua erit. Maiestatis Cornelii:& repetundaꝝ Verris: Sub deliberatiuo spãles cãæ Sũt oẽs quæ uenire in consultationẽ pñt:ut de pace:de bello. Indiuiduæ:ut de pace aut bello Pyrrhi.Eodẽ mõ sub demõstratiuo cãæ oẽs q̃ in laudẽ cadũt:uel uitupationẽ:spãles sũt ut de laude uiri fortis:indiuiduæ:ut de laude Scipionis. Hoc pacto facile cognosciť cur q̃ spẽs sunt facultatis rhetorices:ut cãꝝ dicanť gña. Nã quæ spẽs sunt eoꝝ respectu qbus subsunt gña ẽt pñt esse,eoꝝ respectu:qbus supponũtur. Sub oĩ aũt gñe spẽs est q̃ dr̃ de plurib⁹ numero differẽtib⁹ & indiuiduũ qđ singulare ẽ:ut sub aĩali hõ:& ĩdiuiduũ Frãciscus. qdã demõstratiuũ:deliberatiuũ: iudiciale tres ptes uocauerũt rhetorices. qdam gña rhetorices dicere maluerũt:optime illi quos secutus est Cice.genera cãꝝ nomĩauerunt:ut Quintil.sentit. fuerunt qui duo tm̃ genera esse uellẽt.deliberatiuũ:& iudiciale. Demõstratiuũ excludentes:qm̃ qui laudat uel culpat minime psuadeat:qđ oratoris est officiũ:sed decepti sunt:qm̃ cũ laudamus tacite suademus ut is apud oẽs talis habeatur qualẽ demõstramus:& cõtra cũ uitupamus dissuademus. Aristotelẽ secuti tribus generibus cõtenti fuerũt:aliqui ĩnumerabilia pene genera esse uoluerũt. Quintilianũ ut tria dũtaxat esse opineť tõ ea succurit q̃ oẽ oratoris officiũ aut in iudiciis est:aut extra iudicia. Eoꝝ de qbus iudicio quæritur. Manifestũ genus est:ea q̃ ad iudicẽ est nõ ueniũt:aut p̃teritũ hñt tp̃s aut futurũ:p̃terita laudamus:aut uitupamus:de futuris deliberamus. Item oĩa de qbus dicẽdum est: aut certa sunt necesse est:aut dubia:certa ut cuiq̃ est aĩus:laudat:aut culpat:ex dubiis ptim nobis ipsis ad delectationẽ sunt libera:& de his deliberať ptim sñiæ alioꝝ cõmissa:& de his lite cõtendiť. His ad hæc rõnibus tria nõ plura aut pauciora gña esse oñditur:qm̃ qcq̃d est de quo dici põt aut cõsilii est:aut iudicii:aut delectationis. Cõsilio deliberatiuũ genus cõstituiť iudicio iudiciale. Delectatiõe Demõstratiuũ. Quicq̃d p̃terea agiť:aut uenit ĩ iudiciũ:aut extra illud ẽ:qđ in iudiciũ uenit de p̃terito ẽ:cũ de eo agiť iudiciale genus efficiť qđ extra iudiciũ est:aut futuꝝ est aut pñs:si futuꝝ deliberatiuũ genus cũ de eo ꝯsultať ꝯstituit:si pñs: laudať aut rep̃hendiť.sicq̃ demõstratiuũ genus nasciť. sunt q querũt q̃ tp̃a:q̃ loca:quas psonas respiciant:quã materiã quẽ finẽ hẽant:a qbus deniq̃ aĩ ptibus pficiscanť. Iudiciale p̃teritũ respicit tp̃s:agitur.n.de his q̃ facta sunt. Deliberatiuũ futura ꝯsiderat nõ nũq̃ pñtia. Demonstratiuũ pñtia semp cõplect-

tur. Nam quæ præterita cõmemoramus ea ad pñs nostrũ traducimus negociũ laudandi uel uituperãda inuenies tñ de futuro accidere iudicium: & laudem etiam uel uituperationem: & ut de locorũ dicamus diuersitate: iudiciali forũ patet: demonstratiuo apud romanos olim cãpus martius patuit nũc senatus porticus & templa patent: deliberatiuũ in comitio & senatu exercet: rursus psone quæ tractãt hæc gña diuersæ sunt. Nã iudicialis causidicus est: demõstratiui & deliberatiui: senator: populus: princeps: & prudẽs cõtionator: materia etiam singulis generibus ppria est: cũ qua finis cõiunctus est: nã iudicialis materia est æquum iniquũ: iustũ iniustũ finis æquitas hoc est pars quædã honestatis deliberatiui materia utile inutile: finis ut Aristoteli placet utilitas: ut Cicerõi honestas & utilitas demõstratiui materia laus uituperatio: uitium: uirtus finis honestas. Ex tribus animi ptibus qđ unũ restat explicandũ pficiscunt: ab irascibili iudiciale: ira enim cõpulsus quis accusat: a cõcupiscibili deliberatiuũ qui.n. aliqua de re cõsultat: cupiditate aliqua motus: quod intẽdit suadet uel dissuadet: a rationali demõstratiuũ: laus enĩ omnis a ab aliqua descẽdit rõne. Tria sunt genera causarũ: genus trib⁹ modis accipit: p cuiusq patria ut a perusia perusinus: pro sanguine & cognatione uel deriuatiõe generis: ut a romulo romulidæ romani dicunt: a iulio iulia familia sicuti aũt philosophi accipiũt genus de pluribus dicit differentibus spẽ: prædicati: in eo qđ qd est: ut animal de homine & æquo qui differunt specie prædicat inquam significatione: & nos hoc loco accipimus: nã singulis generib⁹ causarũ suæ subsunt species ut superius diximus. Causarũ: causa duobus intelligitur modis: aut enim est ex qua aliquis sequit euentus ut pura ex igne in lignũ immisso: incẽdium: aut res in cõtrouersia posita circũstãtiis loci temporis rei psonæ implicita quæ a græcis υποθεσις nominatur hæc & finita q̃stio nuncupat: nã infinita a qua descendit est sine aliquo cõplexu a græcis θεσις uocata quod ut exẽplo pateat infinita erit q̃stio an uxor ducenda sit: finita an cateruĩ: ducenda qui suã alteri cõcessit. Recipere: a litigatore: nõ enim ipse orator causas habet de quib⁹ in foro aut in curia agendũ sit: sed recipit a reo aut ab eo qui laudari uult aliquid: uel de aliqua re cõsultari. Demõstratiuũ. hoc laus & uituperatio continentur: laus est oratio amplicans res bonas quas certe psonæ inesse dicimus: uituperatio est oratio amplicans res malas quas certe psonæ inesse dicimus a potiore tñ pte laudatiuũ uocat & demõstratiuũ: utrũq nomẽ e græco fluxisse credit: nã εγκωμιαστικον επιδεικτικον græci appellãt: deliberatiuũ iidem συμβουλευτικον dicunt προσηγορικον hoc est contionale nominauit Aristoteles. iudiciale uero δικανικον singula genera ab effectu diffinit: quid efficiãt ostendens: prius ãt demõstratiuũ qđ laudat uel uitupat: nã deliberatiuũ suadet aut dissuadet: iudiciale accusat: uel defendit. Alicuius certe personæ nõ sine causa hoc additũ: nã quod paulo ante diximus causa differt a quæstiõe q̃m generalis est cũ specialis & indiuidua cã sit quæ ab oratore recipit & tractat: nã quæstio phõ magis conuenit que quærit quæ mũdi forma sit: q̃ta magnitudo solis an aliqd præter uirtutẽ bonũ sit: ueniũt ut ait Quĩtilianus & quæstiones in cãs quæ prius tractatæ nõ mediocriter adiuuauit & cicero in orõne pro milone disputat liceat ne unq̃ hoĩem occidere: ut probet insidiatorẽ clodiũ iure a milone potuisse occidi. Cõsultatiõe: disceptatione & quodã opinionũ conflictu: habet.n. sñiæ dictionẽ & eius partes suasio & dissuasio: suasio qd faciendũ sit ostendit & hortat: dissuasio a faciendo dehortat & auocat. Iudiciale: iudicialis ptes: sunt accusatio & defensio accusatione aut in crimen aut in debitũ rapimus aduersariũ defensione crimen aut debitũ a nobis repellimus Petitionẽ cũ accusatione coniunxit defensionẽ cũ negatione qui.n. negat ab eo se defendit: qui petit qñ cedis uel furti aliquis accusat: accusatorẽ habet: cũ aliquid ab aliquo petitur: ut prædium habet petitorẽ: sed in accusatione se defendit reus in petitione negat: & quia is qui negat defendere se uidet uno uocabulo defensionis utrũq mire & oportune cõclusit. In cõtrouersia. in disceptatiõe & mutua cõtradictiõe: uidelicet fecisti: nõ feci: estq cõiecturalis cõstitutio possides iniuste prædium meũ: non possideo iniuste: est autẽ controuersia cum alius instat esse factum aliquid: alius negat.

¶ De tribus generibus causarum Tit. ii.

FRAN.M. Genera causarum: Quinq; alibi fecit Cicero: honestum: admirabile: humile: anceps: obscurum totidem plurimos quoq; fecisse Quintilianus dicit idē ait esse quibus recte uideatur turpe adiici: & ab aliis humili ab aliis admirabili subiici quattuor hic Cicero genera facit honestum: turpe: dubium: humile: sed quæstio exoritur: & ea quidem minime facilis: cur genera causarum tria esse superius dixerit: nūc quattuor rursus genera esse dicat: quā tamen peracure uir eruditissimus uictorinus dissoluit animaduertere inquit debemus: quid Cicero secutus sit: res multæ sunt: quarum una est substantia reliquæ accidunt: itaq; cum substantiæ acciderit una qualitas: potest & alia accidere: sed quæ non sit in eodem genere in quo prima qualitas fuit: ut puta si dicas foliorū genera duo sūt de membrana & de cartha: hic folium substantia est accessit ei qualitas una membrana & cartha: potest tamē eidem substantiæ idest folio alia qualitas accidere: quæ non sit in eodem genere in quo prima qualitas: si dicas foliorum tria sunt genera est oblongum: est latum est quadratum: quare si circa primam qualitatem numerus diffinitionis uarietur uicium est: Sin autem in eisdem substantia: circa alias qualitates numerus diffinitionis uarietur: non est uicium. Vt hic ait: primum causarum genera tria sunt causa hic substantia est accidit ei una qualitas: ut dem ōstratiuum genus: deliberatiuum: iudiciale deinde ait genera causarum quatuor sunt: licet eadē sit substantia: alia tamen ei qualitas accidit. In iudiciali enim sine alio genere causæ inuenitur & honestum causæ genus & turpe: & dubiū & humile. ergo duplici hoc modo possimus intelligere: aut q substantiæ multæ sepe accidunt qualitates: aut q multe qualitates substantiales sunt: idest q eis qualitatibus possunt aliæ accidere qualitates: ut hic substantia est causa: accidit causæ ut sit iudicialis ita q iudicialis qualitas est: rursus hæc ipsa causa substātialis est: nam ei accidit: ut habeat in se aut honestum causæ genus: aut turpe: aut dubium: aut humile. Item in deliberatiuo genere causæ: uel demonstratiuo potest hoc ipsum euenire quare nullus hic error est generis causarum: circa diffinitionē numeri siquidem substantiæ nunc plures accidant qualitates: ut supra docuimus nunc multæ sint qualitates substantiales: idest quibus possunt aliæ accidere qualitates. Honestum causæ genus singula genera diffinit: cumq; omnis diffinitio nunc ex euentu: nunc ex rebus ipsis colligatur has diffinitiones honesti: turpis: dubii humilis: Cicero ex utroq; colligere uidetur: honestum autem ενδοξον græce dicitur. Defendendum uidetur: non ab re inquit uidetur: quoniā id seruare orator semper debet: ut quæ dicit cum hominum opinione cohæreant: nam etiam si honesta defenderet: & ab opinione hominum discreparet quibus honesta non uiderentur: minime persuaderet: sæpe autem honestis uel non honestis rumorum opinionibus abutimur quia rumori facile creditur: peruenit autem rumor usq; ad iudicem: Orator porro qui apud iudicem agit: necessario non rei honestatem sequi debet: sed opinionem quæ etiam iudici nota est: duobus modis honestum præcipue spectatur: & si ex omnibus circunstantiis haberi potest: rei: & personæ: rei ut si uirtutem defendas contra improbos & contra hostem patriam personæ: si pro uiro forti. Qui patriam fortiter pugnando contra tyrānum defenderit: aut pro uiro bono cōtra parricidam dicas: aut pro parente: fratre propinquo: uel amico: parricida autem ut priscianus auctor est: a pat paris.t.addito aspirationæ causa deriuari uidetur: aut a patre patris.t.in.r.conuerso: uel a parēticida per sincopam Plautus integrum protulit: dicitur & matricida & fratricida: & patricida: sed parricida: ut Pompeius ait: non utiq; is qui parentem occidisset dicebatur: sed qualemcunq; hominem id autem fuisse indicat lex numæ Pompilii his composita uerbis: si quis hominem liberum morti sciens dederit parricida esto. Turpe genus: Hoc contrarium honesto est. in quo simul res spectatur & persona in quibus turpitudo esse potest: res si adulterium: furtum: coniurationem: proditionem q defendas personam si pro parricida uirū bonum oppugnas auditoris quoq; respectu turpis causa esse pōt: ut si apud actionē studiosissimū uenationis uenationē: & apud hectorem uel achillem rem militarē accuses: apud catonem uel ciceronē Monarchiam: apud Alexādrū aristochratiā laudes. Dubiū αμφιδοξον græci dicūt γαμφιδοξον cū partim hone

De quatuor generib⁹ causarum ti.v.


Genera causarum sunt quatuor: honestū: turpe: dubium: & humile. Honestum genus causæ putatur cum ait: id defendimus q̄d ab oībus defendendū uidet̄: aut id oppugnamus: quod omnibus oppugnari uidetur debere: ut pro uiro forti contra parricidam. Turpe genus causæ intelligitur: cum aut honesta res oppugnatur aut defenditur turpis. Dubium genus est, cum habet in se causa honestatis & turpitudinis partē. Humile genus est cum contempta res antefertur. Cum hæc ita sint conueniet exordium rationem ad omne genus causæ accōmodari.

exordiorum

sta: partim turpis causa uidetur: quod ut exēplo pateat. Thymolam Corinthius Thymophanem fratrē: qui tyrannidem occupauerat interficiendum curauit: accusatur causa hinc turpis est fraterne cedis auctorem fuisse illinc honesta tyrannide patriam liberasse Corintium Brutus filios suos ꝙ cum aquiliis & uitelliis de recipiendis clam in urbem tarquiniis consilia iniissent uirgis cedi pro more & in conspectu suo securi iussit percuti: consul enim erat: turpis bruti causa: qui necari filios pati potuisset: honesta tamē eadem ꝙ patriam prodere & tyrannis illi aperire tentassent. huiusmodi & Manlu torquati factum qui filium ꝙ se absentem manum cum hoste conseruerat & uicerat: quoniā contra paternū mandatū egerat occidi uoluit. Humile genus ατροϕον graece dicitur cū humilis causa fuerit: & tamē de ea dicere oratori necesse sit. Res contempta: uilis & quae contemnitur: sed tripliciter genus hoc considetatur ratione rei personae quae audit: & personae de qua agitur: rei: ut siquis uitam laudet solitariam quae a platrisque improbatur: personae: ut siquis studiosum laudet agricolationis & ciuilium negocium cōtemptorem: cum tamē houestum in ciuitate tenere locum possit: nam uilis abiectusque a multitudine existimatur: auditoris: si militi ocium & quietem laudare contendas. Antefertur: affertur ante iudicem: uel quod melius est: extollitur: nam attenti in hoc genere auditores reddi debent: & res quāuis humilis commendari & anteferri: cum haec ita siut: hoc est cum diuersae qualitatum causae sint: diuersa quoque exordia debent esse.

ANTO.M. Genera causarum sunt quattuor. Superius tria causarum genera dixit esse genera inquā generalissima demonstratiuum deliberatiuum iudiciale: hic uero quattuor esse dicit: sed aduertendum haec quattuor contineri sub quolibet illorum trium. Aut enim honesta aut turpis aut dubia aut humilis causa erit. In unoquoque illorum. Ergo genera hoc in loco qualitates significant. Est enim triplex genus. Primum genus est patria parentes origo sanguis. Secundo est genus sub quo multa similia ex eodem descendentia continentur: ut Animal genus. Est tertium illud genus quo cuiuslibet rei qualitas indicatur: ut si dicas Cuius generis uestis. Id Victorinus scribit in Rheto. idem uero Cicero libro primo Rheto. dixerat olim Causarum genera esse quinque: honestum: admirabile: humile: anceps: obscurum. Honestum: quod totum aut ex aliqua parte propter se petitur honestum nominabimus: ut Cicero libro secundo Rheto. ait. Vt pro uiro forti contra patricidam: uti. L. Cornificius aegit & M. Agrippa. Augustus enim Caesar accusatorem bruti constituit Cornificium Cassii. M. Agrippam. Vt Plutarchus in Vita Bruti meminit. Viro forti fortitudo est dolorum laborumque contemptio: & fortitudinis proprium est nil extimescere: omnia humana despicere: nihil quod homini accipere possit intollerandam putare: Auctor Cicero libro tertio offi. Et lib. i. dixerat Stoicos dicere fortitudinem Virtutem esse p[illegible]antem pro aequitate. Dixerat item Viros fortes & magnanimos eosdem bonos & simplicis ueritatis [illegible]icos minimeque fallaces esse. Patricidam: patricida non utique is qui parentem occidisset dicebatur: sed qualemcūque hominem ut Festus ait. Et Fabius lib. viii. inquit per Catachresin. i. abusionem patricidam matris quoque aut fratris interfectorem dici. Honesta res oppugnatur: ut siquis uituperaret religionem. Defenditur turpis: ut siquis defenderet furtum adulteriumue alicuius. Honestatis partē ut illud Orestis: qui ut patrem ulcisceretur occidit matrem. In ultione enim paterna honestatis pars inerat: in caede materna turpitudinis. Contempta res: idest uilis uti si de alicuius colaphis caesi ageres. Cum haec: supple causarum genera. Ita sint. i. ita diuersa exordiorum rationem: quae triplex est: in exordio enim attentos dociles beniuolos auditores efficimus.

FRAN.M. Exordiorum. Antequā sua cuique causae adhiberi doceat exordia: de ipsius exordii qualitatibus loquitur: duplicem exordiendi rationem dicens esse apertam: & per insinuationem: genera autem per qualitatibus ponit. Principium maiore quadam ratione prohemium graecos appellasse ꝗ nostros principium uel exordium. Quintilianus dicit: quoniam ea non tantum orationis initiū: sed cuiusque rei significāt prohemium uero illam partem dūtaxat: quae ante ingressum rei fit: de qua dicēdum est: siue απροκαιοιμια quod cantus est quo citharoedi anteꝗ uerū inchoent certamen emerendi fauoris gratia: uti solent: siue ab eo qđ οιμον graeci uiam appellant: ut sit uel quasi quoddam praeludium: uel quasi aliquid ante uiam: ingressumque rei. Insinuatio: hac cum ad dicēdum non aperte ingrediamur: sed oc-

De exordio titulus sextus

EXordiorum duo sunt genera. Principium quod graece appellatur prohemium: & insinuatio: quae epodos nominatur. Principium est cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur ut attētos beniuolos: dociles auditores habere possimus.


culte & dissimulanter uti solemus: nam ut Cicero diffinit insinuatio est oratio quadam dissimulatione:
& circuitione obscure subiens auditoris animum. Insinuare enim est per sinus hoc est circuitus quosdá
ingredi ad causam & quasi subrepere animis. Nonius tamé dixit insinuari esse immitti & in sinus accipi
ιφολοσ ab ιπιχειολοσ dicta propriæ impetum qui ex insidiis in uia alicui fit: significat cum crassator
transeuntem inuadit ιφολειν uerbum aggredi est incautum: & ex insidiis inuadere adoriri. Princi/
pium: finem describit principii: qui est ad audiendum animos apparare: cum non occulte: nec per dissi/
mulationem: sed aperte: aut docile: aut attentú: aut beniuolum auditorem reddimus: quæ tria simul in/
terdum efficimus: nó nunquam duo tantum ex his seruamus: aliquádo unum: sed sine aliquo trium esse
principium orationis nó potest. Id: principium.

ANTO.M.. Exordium duo sunt genera: Idem Cicero libro primo Rheto. sic ait. Quare quoniá tam
diuersa sunt genera causarum exordiri quoq́ dispari ratione in unoquoq́ genere necesse est. Igitur exor/
dium in duas partes diuiditur. In principium & insinuationem. Principium est oratio perspicue & pro/
tinus perficiens auditorem beniuolum aut docilem: aut attétum. Insinuatio est oratio quadam dissimu
latione & circuitione obscure subiens auditoris animum. Prohemium: prohemium dictum est siue q
omni cantus est: & citharœdi pauca illa: quæ ante q̃ legitimum certamé inchoent emerendi fauoris gra
tia canunt prohemium cognominauerunt. Oratores quoq́ ea quæ priusq̃ causam exordiantur ac có/
ciliandos sibi iudicum animos præloquuntur: eadem appellatione signarút: siue q oimos græce uia ap
pellatur id quod ante ingressum rei ponitur sic uocare est institutum ut Fabius scribit. Epodos epodi
dicuntur uersus quolibet metro scripti: & sequentis clausulæ habentes particularum: quales sunt Epodi
Horatii. In quibus singulis uersibus singulæ clausulæ adiciuntur. Dicti autem Epodi synecdochicos
a partibus uersuum: quæ legitimis & integris uersibus Epadontai.i. accinuntur Auctor est Diomedes.
: Statim significat exordium breuitate gaudere: & ambagibus esse uacuum: ne in caput oratio creuisse
uideatur quod etiá Fabius monet.

.FRAN.M. Si dubium genus esse: postq̃
esse quales sint ostendit: quo principio in
causa honesta: quo in turpi: quo in dubia:
& quo in humili: utendum sit docet: & pri
mum quo modo exordiri i dubia causa de
beamus quæ parté habet honestatis: par/
tem turpitudinis: præcipit: ita autem inci/
piendum dicit esse ut parte turpitudinis
omissa beniuolum auditorem a parte ho
nestatis faciamus: quod pro Milone dictu/
rus Cicero seruauit: quoniam enim causa
dubia erat: aperte honestatis exorditur ue/
teri se dicens ne turpe sit minimeq́ deceat pro uiro fortissimo dicere incipiétem timere: cum ipse. T. An/
nius magis de reipublicæ salute q̃ de sua perturbetur parté turpitudinis præterit: omnino & q cum de/
fensurus accederet: quem hominem occidisse constabat: a beniuolentia igitur (ut dixi) cum pro ui/
ro fortissimo dicere inciperet: initium constituit: si quis præterea pro Thymoleonte de quo superius
sermo fuit: dicere uellet. Beniuolum auditorem a parte honestatis redderet: sicq́ exordiri commo//
de posset: si eos qui a seuissimis tyrannis occupatas liberant respublicas præmiis amplissimis maio/
res nostri dignos semper iudicauerunt: quid in uirum optimum & rei publicæ amantissimum Thy/
moleontem uos facere par est: qui fraternam contempsit: & dedidicit charitatem: ut nos a seuissimi
tyranni cruciatibus eriperet: & in dulcissima libertate conseruaret: certe tantum abest ut poena ali/
qua uel minima dignus uideri debeat: ut omnium iniustissimi: nisi exquisito aliquo honore & ma//
ximis pro tanto beneficio præmiis illum affeceritis: merito iudicari possitis qui sic diceret parte tur//
pitudinis omissa beniuolos auditores redderet. Sin humile genus causæ erit: Rem humilem hoc est
uilem atq́ abiectam non nisi cum contentu accipere auditores solent: quotiens itaq́ accidit ut de re
huiusmodi dicendum sit: excitandi & attenti reddendi sunt quod poeta optimus in georgicis seruauit:
de apibus enim re apprime humili scripturus: auditorem Mecenatem attentum fecit his uersibus: proti
nus aerei mellis coelestia dona: exequar: hanc etiam Mæcenas accipe partem: admiranda tibi leuium
miracula rerum magnanimosq́ duces: totiusque ordine gentis: mores & studia & populos: & prælia di/
cam: humilis generis diffinitio de animis iudicum sumpta est. Sin turpe causæ genus erit aperto uti
principio in hoc genere non possumus: quoniam alienus a nobis auditoris animus est: aut esse creditur
insinuatione itaq́ uti necesse est: & quibusdam descendere ad causam circuitionibus: sed quo pacto insi
nuari in huiusmodi causis conueniat: Cicero inferius docebit: & nos exemplis: explicaturi sumus.

ANT.M. Si genus causæ dubiú habebimus: a beniuolentia principium cóstituemus: Id qdé hoc pa
cto agere poteris. Nisi persuasum haberé iudices uos ea [illegible] ac prudentia uigere: ut unáquáq́ ré ma/
gis ex sua ci q̃ ex euentu iudicaretis: non auderem in hac ipsa te de qua nó sum corá uobis acturus ora/

De exordio titu.vii.



SI genus causæ dubiú habem⁹: a beniuo habebimus
létia principiú cóstituemus: ne quid tur/
pitudinis pars illa nobis obesse possit. Si
humile erit gen⁹. Si turpe erit: genus cau
sæ: insinuatióe utendú est: de qua posteri⁹ dicemus.

si humile erit genus causæ [illegible]

re.cum igitur uester mihi perspectus sit animus & in iudicando modestia faciam nõ tam libẽter quæ necessatio ut intelligatis patrẽ meũ alias optimũ nõ satis iusta rõne aduersum inocentiã & integritatẽ modestissimæ fœmine genitricis meæ cõmotum esse. Aliud item exemplũ erit. Accusatur Thymoleon ciuis Corinthius ꝙ fratrẽ occiderat: qui pricipatũ urbis appetebat: poterit orator hoc pacto exordiri. Credo iudices uos nõ latere quãta fuerit Thymoleontis beniuolẽtia in patriã: qui & amicitias & affinitates aestimauit: propriũ uero fratrem peremit: ut cõem oĩbus libertatẽ a tyrãnoꝝ impetu uindicaret. Turpitudinis pars: Turpe enim est cõtra patrem orare: licet honestũ sit matrẽ defendere. Turpe item occidere fratrem: & si fas est patriam liberam reddere. Sin humile genus causæ erit faciemus attentos. Exemplũ erit huiusmodi Magnũ instat iudices nostræ reipu. periculũ: nisi restrigantur incẽdia: quæ sũma cũ indignatione in urbe nostra oriri uideo. Sæpe. n. animaduerti ex re minima nõ paruũ odiũ & perturbationẽ cõcitari: præsertim cũ ab illis inferẽ iniuria per quos maxime tutos eẽ cõueniret. Virgilius quoq; lib. iiii. g. quũ uellet de apibus scribere ait. Protinus aerii mellis cælestia dona exequar: hanc etiã Mecœnas aspice partem Admiranda tibi Leuium spectacula reꝝ. Magnanimosq; duces totiusq; ex ordine gentis. Mores & studia & populos & prælia dicam. Sin turpe causæ genus erit: Insinuatione utendũ est: nisi quid nacti erimus quare aduersarios criminando beniuolentiã capere possimus. Exemplũ erit tale. Quum nacti qd erimus quare aduersarios &c̃. Non auderem iudices præsertim apud uos pro illo dicere: cuius uita uobis suspecta esset. Sed quum turpitudinem & infamiam accusatoris perspicio defensionem huic reo denegare non possum. Quum enim is accusat de criminibus: de quo primũ esset cognoscẽdum fit ut hũc reum innocentem credam quem bono uiro accũsante noxium esse concederem.

nisi qd nacti erimus. Quare aduersarios criminãdo beniuolẽtiã cape possum⁹. Si honestũ cãæ gen⁹ erit: licebit recte uti: uel nõ uti pricipio. Si uti pricipio uolemus: aut id oportebit oñdere: quare cã sit honesta: aut breuiter. qbus de reb⁹ sumus dicturi exponere.

FRAN.M. Nisi qd nacti erimus: nisi oblata nobis facultas fuerit: ut æque turpe crimen aduersario obiiciam⁹: nam illud ẽt facere orator studet: cum turpis eius cã extiterit: ut re omissa de qua agẽdũ fuerat: crimẽ aliquod qd' in ore omnium sit: aduersario obiciat: ut sensim cum audiuerint illud iudices: concilientur: aduersarii uero psonæ in odium adducaẽ. exempli gfa: si dicamus: diligẽter uitam suã cõsideret aduersarius ꝙ si fecerit: non tam audacter: atq; impudẽter: ad accusandos alios accedit: deinde occupatione utamur: addamusq;: nolo ei adulteriũ (cum possim) nolo homicidiũ obiicere: hæc norunt oẽs sensim deinde cõciliato nobis auditore descẽdere ad causam nostrã possumus & ut apertius res intelligaẽ Cicero ligarium a tuberone accusatum: ꝙ cõtra Cæsarem sensisset & prouintiam affricam tenuisset: apud cæsarem defendit: sed anteq̃ ad causam accedat illud tuberoni obiicit crimen: quod ligario grauissimũ tubero ipse obiiciebat pompeianum eum non minus q̃ ligarium fuisse Tuberonẽ dicit: his uerbis: habes igitur tubero qd' est accusatori maxime optandũ: confitentem reum: sed tamẽ hoc ita cõfitentẽ se in ea parte fuisse qua te: qua uirũ omni laude dignũ patrẽ tuũ itaq; ptius de ur̃o delicto cõfiteamini necesse est: q̃ ligari ullam culpã repræhendatis: hac rõne & cæsarem turpitudine causæ a sua defensione abhorrentem sibi conciliauit orator: & in odium atq; inuidiam aduersariũ rapuit pro Deiotaro rege etiã dicens qui quod Cæsarem cũ apud se diuertisset: occidere cogitauerat: accusabaẽ: cãm ĩuenit: qua aduersarios criminaẽ: sic enĩ ait: accedit ut accusatoꝝ alterius crudelitate alterius indignitate ꝑturber: crudelẽ castorẽ ne dicam: an sceleratũ & impium: q nepos auũ in discrimẽ capitis adduxerit &c̃. Si honestũ genus esse: si inqt honesta cã fuerit: præteriri principiũ poterit: qm̃ ut ait Quinti. honestũ cãæ genus satis ad cõciliationẽ p se ualet: parati. n. ad rem honestã audiendã iudicũ sunt animi: ut labore nr̃o ad eos dicit disponẽdos minime opus sit: qd' si exordiri placuerit: cur cã nostra honesta sit aperiemus. Beniuolẽtiæ aũt partibus utemur: ut id qd' est augeatur. Exemplũ aũt est: ut si libertatem apud optimates laudaturus aliquis assurgat: sic exordiaẽ. quãti facienda libertas sit: qua nihil hominũ generi dulcius nihil optatius: aut honestæ uitæ rationibus conducibilius esse potest: neminẽ nostrũ latere mihi persuadeo. Ego medius fidius: ut de me ipso loquar: sic tãto & tam præcipuo bono delector sic afficior: ut quãuis longe imparem dicẽdi oneri me cognoscam assurgere tamẽ & ad eam tuendã ac conseruandã: quod tamẽ uestra sponte facere parati estis: uos adhortari minime uetear: possumus & quib⁹ de rebus dicturi sumus breuiter exponere: quod Virgilius obseruat: cum ait: Quid faciat lætas segetes quo sydere terrã uertere Mœcenas: ulmisq; adiungere uites conueniat: quæ cura bonũ: quis cultus habẽdo sit pecori: atq; apibus quãta experientia parcis hic cauere incipiã. Recte uti: sicuti oñsum est. Vel nõ uti: si honesta cã sit: & eẽ credaẽ cui sua spõte auditores faueãt.

ANTO.M. Quare causa sit honesta. Exemplũ erit. Siquid unquã fuit iudices: quod apud maiores nostros singulari & præcipuo fauore prosequendũ fuerit semper in primis eorũ: qui propter infirmitatem ætatis seipsos tueri non possunt actiones & causæ aliquo singulari priuilegio sunt tractatæ. Quid enim honestius aut æquius esse potest q̃ illis adesse: quos nondum uel ratio uel nam ira confirmauit ut se tueri possint: Cum præsertim hæc una res sit: quæ & reipublicæ dignitatem & priuatam commoditatem aspiciat: Nam si liberis nostris & amicorum nostrorum ac cæteris consultum esse uolumus apud posteros illud necesse est: ꝙ pupillorum causas rebus omnibus præpositas uelimus esse. Item

aliud Aulus licini⁹ Archias poeta antiochiæ nat⁹:Romæ uixit Ciceroni īter alios charissimus. nā& eꝰ præceptor in græcis fuit.fuerat aūt prius heracliæ ciuis effectus:demū sibi de ciuitate lis mota est a quodam graccho φ ciuis nō esset. Tūc Cicero Archiā defendēs ita exordiri potuit.Si apud maiores nostros est conseruatū o iudices ut præceptores pro parētibus haberētur:debeo quantū est scitū in me huic præstantissimo uiro & integerrimo & opem & salutē afferre : & eo magis quoniā illius doctrina & optimis præceptis ita institutus sum ut nōnullos aliquādo defenderim:nā si cæteros adiuuamus a qbus nihil utilitatis ad hāc rem adipiscendā consecuti sumus:quāto magis ei attribuere debem⁹ a quo id accepimus per quod etiā ignotis ꝓdesse possumus!Aut breuiter exponere &cætera. Exemplū erit.Sūma rei iudices: de qua corā uobis acturus sum:& de pœna & supplicio per uos inferendis ciuib⁹ seditiosis ciues : habēdi sunt qui necem bonoꝝ hominū:& perniciem reipub.meditati sunt.Erit itē exemplū Nasonis illud . In noua fert animus mutatas dicere formas Corpora. Et illud Maronis.Arma uirum quæ cano.

si principio uti nolemus a lege:uel a scriptura:aut ab alio firmissimo nostræ causæ adiumēto principium capere oportebit:quoniam igitur docilem:beniuolum:& attētum habere auditorem uolumus : quomodo quodq; eorum confici possit aperiemus.Dociles auditores habere poterimus .

¶De docilitate & attentione titu.viii.


I summam causæ breuiter exponemus: &. si attentos eos faciemus . Nam docilis est ille qui attente uult audire .

FRAN.M. Si principio uti uolemus:qd agendum sit monet:si uti principio nō uolumus:a lege inquit aliqua exordiendū est: aut scriptura:aut ab aliquo firmissimo causæ nostræ adiumēto:a lege quæ in iure ciuili cōtineat̄ uel principis rescripto:ut si apd' prætorem stare pactis aduersariū compellere uelis:ut'sic a uetusta lege incipies : prætor ait pacto seruabo:item si in iudicium uenire messium uindemiarumq; tempore:ab aduersario compelleris:qui ante:quod sibi debetur:forte petit cum nō posse cogi te ad satisfaciēdū illo tēpore probare uis ab hac exordiens lege incipis:quæ in digestis est de feriis ne quis messium uindemiarūq; tempore aduersarium cogat ad iudicium uenire; oratione diui Marci exprimitur:qa occupati circa rem rusticam:in forum compellendi non sunt:multe item sunt leges quæ uariis causis applicati possunt:ut si dicas peccata nocentium nota esse & oportere & expedire paulus ait:itē ea quæ notabiliter fiunt:nisi specialiter notent̄:uidentur quasi neglecta:item dolo malo ait prætor ius se non seruaturum. A scriptura:Lex specialis est:scriptura generalis:per quā intelligere potes testamentū:contractū: stipulationem:syngraphū:chirographum:& alicuius auctoris ꝓbatam auctoritatē:qua initi cā uestra uideat̄:ut'si cōcordiā laudaturus sic exordiaris:concordia ut ait Salu.paruę res crescūt:discordia magnæ dilabūtur.itē si ei qui fortiter rempub.gessit:premiū dari uelis sic incipias:honos alit artes ingt Cicero:omnesq; accēdūtur ad studia gloria:quod si meritis hunc afficere muneribus statuetis : fortissimus quisq; nostræ iuuētutis ad res magnas & præclaras gerēdas mihi credite exercitabit̄. Ab aliquo firmissimo causæ nostræ adiumēto:ut si dicam:maxime iustitia respublicas cōseruari:iustitiæ aūt munus præcipuum esse:benemerētibus præmia exhibere.item si dicam sæpe prius hoc a uobis cōcessum fuit: qd' postulo ut minimū dubiū esse possit:uos idem mihi quoq; concessuros:item sæpe hoc idem iudicatum est quod in causa mea iudicari peto. Principium capere:nō exordiri partibus exordii & proprietatibus seruatis:sed simpliciter incipere:quoniam igitur:quid exordium esse ostendit:qd' in duas partes diuisit : qd inde fiat & ubi fiat:in generibus scilicet causarū postea docuit:nam in alia causa attētos:in alia beniuolos:in alia dociles fieri præcepit idē enim simul semp in omni causa seruare uix cōtigit:nūc qbus rationibus:& quibus ex locis:docilitas:attētio:& beniuolētia colliguntur ostēdit. Dociles: tūc dociles inquit reddentur auditores:cum breuiter ac dilucide summa rei:hoc est quid sit in quo consistat causa & res nostra de qua dicturi sumus iudicabitur:quod operū suorū principiis Homerus & Virgilius obseruarunt. Cicero in oratione quoq; pro lege manilia sūmā esse breuiter exposuit dicens . Dicendū est enim de Gn. Pompei singuli eximiaq; uirtute. Et si attētos facimus:de rebus magnis nos dicturos ꝓmittētes uel ut attēte audiant rogantes:potest qdem reddi docilis:qui nondū attētus sit auditor:sed attētus reddi non pōt:quin statim & docilis reddatur:nam qui attētus est:docilis est:& qui attēte audit:docilis uocatur.

ANTO.M. Ab lege exemplū erit:lege latoria cautum est iudices:ut siquis pupillorū bona diriperet: acerrimas pœnas lueret.Cum ita Titius Marci pupilli bona diripere uelit pœna mulctandus est. A scriptura:lex specialis est.Scriptura uero generalis.Est autem allegatio alicuius scripti:& sentētiæ generalis: ut illud Ciceronis in prohemio tuscu.Honos alit artes.omnesq; incendūtur ad studia gloria .Cū igitur hic ciuis pro patria egregie pugnauerit:merito mihi honore ac præmiis afficiēdus uidetur . Firmissimo adiumento.Exemplum erit.Quid est o iudices quod ciuitatem magis conseruet:q̄ iustitia & equitas iuris:quæ cum iubeat ut mortuo patre filio potius q̄ fratri hereditas debeatur.debetis huic cōcedere equitatem:quæ quidem uinculum est ciuitatis:ubi enim æquitas deest:omnia confunduntur. Si summam rei breuiter exponemus.Exemplum est ibi superius.Aut breuiter exponere &cætera.

Attentos hẽbimus si pollicebimur nos de rebꝰ magnis:nouis:iusitatis uerba facturos: aut de his rebꝰ q̄ ad rẽp. ptineãt aut ad eos ip̄os q audiẽt:aut ad deorũ imortaliũ religionẽ:aut ad pietatẽ nos eẽ dicturos.

FRAN.M. Attẽtos habebimus.Docet quo pacto attẽti auditores reddi possint:& rebus magnis:nouis inusitatis fieri ondit. Si quid nos eiusmodi dicturos pollicebimur.Sciendũ est hæc tria in unũ ideq; exordiũ simul incedere.nõ semp tamẽ.aliquãdo enim eiusmodi res est de qua futurus sermo est : ut uel a magnis:uel a nouis:uel ab inusitatis tantũ facere attẽtos ualeamus.a magnis lib.æneidos septimo attẽtos fecit Virg.Graue bellũ quod cũ Turno Æneas gessit:se promittẽs descripturũ maior rerũ mihi nascitur ordo.Maius opus moueo.Cicero quoq; in operis huius præfatione attentũ reddidit auditorẽ: a magnitudine rei cum nõ parũ in se fructus copiam.dicẽdi habere dixit:& cõmoditatem orationis.Liuius in principio secũdi lib.ab ur.con. Attentionem colligit de nouis rebus scripturum promittẽs:his uerbis.Liberi iã hinc populi romani res bello : paceq; gestas annuos magistratus : imperiaq; legum:potiora q̄ hominũ peragam.idem libro.vii.Annus hic erit insignis noui hoīs cõsulatu:nouis duobus magistratibus:prætura & curruli edilitate hos sibi patricii quesiuere honores pro concesso plebi altero consulatu per res magnas & inusitatas simul:quidẽ auctor attentos reddit lecturos in principio de bello punico secũdo dicẽs parte operis licet mihi præfati qđ in principio summæ totius professi sunt:pleriq; rerum scriptores: bellũ maxime memorabile oĩum q̄ unq̄ gesta sunt me scripturũ & reliqua differunt inter se magna:noua: & inusitata: magna laudamus:uel uitupamus:noua admiramur:inusitata et admiramur:& timemus aliquãdo:rursus magna sæpe contigunt:noua memoria nostra nõ fuere:inusitata fuerũt quidem ante: sed raro eueniunt. Aut de his quæ ad rempublicã pertinent.Cicero pro.C.Rabirio: & si quirites nõ est meæ cõsuetudinis initio dicendi rationẽ reddere qua de causa quẽq̄ defendam propterea ꝙ cũ oĩbus in eorum periculis semper satis mihi iustam cãm necessitudinis esse duxi:tamẽ in hac defensione capitis famæ fortunarũq;.C.Rabirii ponenda ratio uidetur officii mei:propterea ꝙ quæ in iustissima causa est mihi eadem uobis ad absoluendũ uideri debet:nam me tum amicitiæ uetustas:tum dignitas hoīs:tum ratio humanitatis:tum meæ uitæ perpetua cõsuetudo ad.C.Rabiriũ defendẽdũ est:adhortata at uero ut id studiosissime faciem salus reipub.cõsultare efficiam:consulatus deniq; ipse. Aut ad eos ipsos qui audiũt: ut in uerrem dicẽs:timorẽq; iudicibꝰ adhibens:admonet caueat ne male sentiat populus:ne iudicia trãsferũtur:& pro domo sua ad pontifices sic ait.Nam si illa labes hac flãma.r.p.suũ illum pestiferũ & furiosum tribunatũ:quem equitate humana tueri nõ põt:diuina religiõe defenderit:aliæ.cerimoniæ nobis erũt: alii antistes deorũ imortalium:alii interpretes religione requirendi.Ouidius quoq; in fastis materiã de q̄ scriberet:plurimũ ostendit ad germanicum pertinere:cum ait Sacra recognosces annalibus eruta priscis:& quo sit merito quæq; notanda dies:inuenies illic & sacra domestica uobis:sæpe tibi pater est:sæpe legẽdus auus.Attẽtos igitur facimus si magna:noua inusitata:& quæ ad rempublicã pertineant uel eos ipsos qui audiunt:dicturos pollicemur. Ad deorũ imortalium religionẽ:quod in eadem oratione pro domo sua ad pontifices Cicero facit:qui cũ causa sua aras:focos & deos penates cõiunctos dicit esse his uerbis:quod si ullo tẽpore magna causa in sacerdotũ populi romani iudicio ac potestate uersata ẽ:hoc profecto tanta est ut omnis reipublice dignitas omniũ ciuiũ salus:uita:libertas:aræ:foci:dii penates:bona fortunæ domicilia:uestræ sapiẽtiæ:fidei potestatiq; cõmissa:creditaq; esse,uideatur.

ANT.M. Et si attẽtos eos faciemus:Id in humili gñe seruabit.ut illud Marõis li.iiii.g. de apibꝰ. hãc ẽt Mecænas aspice ptẽ.Ci.li.ii.de orat.scribit græcos monere ut p̃cipio faciamꝰ iudicẽ attẽtum & docilẽ: q̄ sunt utilia:sed nõ p̃cipii magis ꝓpria q̄ reliquarũ ptim faciliora ẽt ĩ principiis:ꝙ & attẽti tũ maxĩe sũt quũ oĩa expectãt:& dociles magis initiis eẽ pñt.Illustriora.n.sunt q̄ in p̃cipiis q̄ q̄ in mediis causis dñr: aut arguẽdo aut refellẽdo. De rebꝰ mag.ut illud.Magna res princeps illustrissime ẽ ea quã expositurus sum uobis.Cui nisi tẽpestiue cõsilio & uirtute.occurat:nõ mediocrẽ ꝓfecto in urbe nr̃a discordiam excitabit.Quid.n.iniqus esse põt q̄ ciues nostros ab his nõ posse tutos esse quos armis & fide oporteret eisdẽ auxilio esse! De rebꝰ nouis &c. Exemplũ erit.Noua res & penitus inaudita princeps optime p me exponetur.ea qdem talis est:ut sũmã indignationẽ atq; odiũ concitatura sit nisi prudentia uestra mitiget. qd enĩ magis cõtra mores publicos põt q̄ extorquere quicq̄.quod luxuriã ciuitati & uoluptatibus materiã sit allaturũ!Nouis noua dicunt quæ fuere nũq̄. Inusitata uero sunt.quæ licet facta sint:rarius tñ accidũt.

Quæ ad remp̃u.pertineãt.Exemplũ erit cum instituissem p̃res amplissimi id apud uos dicere:qđ uisum esset optimũ.Nihil certe post religionẽ nr̃i & unius & ueri dei quod uel me dignius uel uobis magis gratum dici posset occurrit q̄ de cõseruatione & amplitudine reip.disputare.Eas igit̃ res apud uos in primis exponam noua quadã & inusitata rõne ut plane ĩtelligatis me prospexisse quo modo illã a nostris maioribus nobis traditam & maiorẽ & meliorẽ nostris posteris relinquamus. Ad eos ipsos qui audiũt.Exemplum erit.Nisi patres cõscripti cõsilio & uirtute uestra reprimet̃ audacia & temeritas eorũ q uestri ordinis & sanctissimæ p̃riæ nr̃æ publici hostes sunt:plane uideo uos cũ tota rep.maxia breui subituros incõmoda. Ad deorũ ĩmortaliũ religionẽ & pietatem.Exemplũ erit in genere honesto. Agitur iudices de cœlesti cultu ac religione diuina quæ re nunq̄ fuit apud nostros maiores uel præstantior luel acceptior.Est.n.res

prorsus admiratiõe:& quadã laude singulari dignissima. Religionẽ:Relgio est:q̃ supioris cuiusdã naturæ quã diuinã uocãt curã cerimoniãq; affert ut Cicero inquit lib.ii.rh. Pietatẽ: Tullius proplantio inquit.Nam meo iudicio pietas fundamẽtum est oĩum uirtutũ.Item quid est pietas:nisi uoluntas grata in parentes.Et lib.ii.rhe.pietas est per quã sanguine coniunctis patriæq; beniuolis officium & diligens tribuitur cultus.Superius quoq; eodem libro sic dixerat pietatem appellant quæ erga patriam aut parẽtes aut alios sanguine iunctos officiũ seruare moneat.At in libro de.n.d.ait pietas est iustitia aduersus deos.

Et si rogabimus:ut attente audiãt:tali numero exponemus res de qbus dicturi sumus.Beniuolos auditores facere quattuor modis possumus a nostra ab aduersariorũ:ab auditoꝝ psona:& a rebus ipsis: a nostra persona beniuolentiam contrahemus.



❡De beniuolentia a nostra persona.

SI nostrum officium sine arrogantia laudabimus: aut in rempublicã quales fuerimus.

FRAN.M. Et si rogabimus ut attente audiant ut cũ dicim⁹.Benignes quæso ac patiẽtes in hac causa mihi aures accõmodare uelitis.Quod in plogis fit comœdiarũ.Cũ dicitur fauete:adeste æquo aĩo:& rẽ cognoscite.Cicero pro Archia attẽtos fecit auditores:rogãs ut de humanitatis studiis paulo liberius loq eũ sinerẽt:his uerbis.Quæso a uobis ut in hac causa mihi detis hanc ueniam accõmodatã huic reo: uobis quẽadmodum spero nõ molestam: ut me pro summo poeta: atq; eruditissimo homine dicent:hoc concursu hominum litteratissimorum: hac uestra humanitate hoc deniq; prætore exercente iudicium. patiamini de studiis humanitatis ac litterarum.paulo loqui liberius. Idem in oratione pro sex. Roscio.Quapp uos oro atq; obsecro Iudi.ut attente bonaq; cum uenia uerba mea audiatis.fide sapiẽtiaq; uestra fretus plus oneris sustuli q̃ ferre me posse intelligo. Numero exponemus. Cum duabus de rebus:tribus aut pluribus: nos dicturos pollicebimur.de docilitate superius loquẽs si summã inquit causæ breuiter exponemus:nũc numero dicit.quod idem ferme est.Nec mirum.Nã qui attentus:idẽ & docilis redditur. Sed quæstio hic exoritur.si idem in exordio fit:quod in diuisiõe:quæ in duas scinditur partes expositionem: & enumerationẽ:ut sumatim aut numero:quibus de rebus & quot dicturi sumus aperiamus.Exordium & diuisio idem erunt.Nõ idem erunt:sed idem efficient:diuerso tamẽ exitu: exordiũ sumatim & numero exponere potest quæ dicenda sunt:ut docilem faciamus:aut attentum auditorẽ:partitio ut causam præparato iam per exordium auditore constituat:& animos in re certa occupatus tentat de qua iudiciũ futurum sit.Deniq; exordium mouet tantũ & implicite partitio & monet & docet:sed explicite. Beniuolos auditores.Sequitur quomodo auditorum comparare beniuolentiã possimus:quæ a locis quattuor ducitur.auditores in quo uis genere.si in demonstratiuo & delibetatiuo:senatus uel populus.Si in iudiciali iudex. Si nostrum officium:ut fere Cicero in oratione pro.L.Archia.dicẽs.si quid est in me ingenii iudices quod sentio q̃ sit exiguũ:aut si qua exercitatio dicẽdi:in qua me nõ infitior mediocriter esse uersatum.Et in oratione pro sexto roscio:credo ego uos iudices mirari: quid sit:q; cũ tot sũmi oratores hominesq; nobilissimi sedeant.ego potissimũ surrexerim:qui neq; ætate:neq; ingenio:neq; auctoritate sum cum iis qui sedeant comparandus. Aut in rempublicam:quales fuerimus. Vt Cicero in oratione fecit pro flacco:sic enim exorditur.Cum in maximis periculis huius urbis atq; imperii: grauissimo atq; acerbissimo reipublicæ casu socio atq; auditore consiliorum periculorumq; meorum.L.Flacco cædem a uobis:coniugibus:liberis uestris:uastitatem a templis delubris:urbe:italia:depellebam: sperabam iudices honoris potius.L.flacci me auditorem futurum:q̃ miseriarum deprecatorem.

ANT.M. Vt attente audiant:exemplũ erit illud sumptũ ex inuectiua Ciceronis in Catilinã. Attendite quæso iudices:& ea quæ dicã penitus animis uestris rõnibusq; mandate.Et illud Terẽtii Nũc quã rem uitio dent quæso animaduertite. Si numero exponemus res,Exemplũ Agitur patres cõscripti de duobus: de cõcordia ciuiũ nroꝝ & cõpressione belloꝝ ciuiliũ:quæ iãdudũ nram p̃riam afflixerũt.libro ꝗ̃t primo rh.addit pdictis:q; attẽtos faciemus si nos pollicebimur breui nostrã cãm demõstraturos. Si officiũ nostrum sine arrogãtia laudabimus.Exẽplum erit.Quãq̃ turpe est iudices officiũ suũ ita exponere ut ppria laus intendatur:attamen qa aduersarii mei sic me nuper contumeliis affecere ut nisi uitæ meæ rationem habeam:& qualiter ab adolescentia me instituerim dicam plane tacendo confirmare uideret oẽs aduersæ partis in me falso obiectas cõtumelias:faciam itaq; non tam libenter q̃ necessario:ut intelligatis me longe abesse a criminibus:quæ mihi obiiciũtur & fictam eorum accusationem cognoscatis. Ego quidẽ sic in oculis meorũ ciuiũ uixi:sic me gessi ut neminem unq̃ offenderim pluribusq; sæpe numero auxilio consilioq; extiterim.Quid enim in causis forensibus & publicis ægerim q; uobis omnibus patere arbitror facile prætereo. Quare magnopere admiror quæ temeritas uel quod potius reor quæ inuidia meos aduersarios impulerit ad ea defingenda a quibus quidem ita abusum ut ipsi ab honestate atq; uirtute.

Aut in republica quales fuerimus.Exemplũ erit.Et si patres conscripti nunq̃ satis pro republica propugnare quis potest.Illud attamen assero me nullos pro ea labores fugisse unquam:neq; ulla euitasse pericula.Quare nõ possum nõ moueri q; nefariæ coniurationis reum apud uos facere me aduersarii ausint.

FRAN.M.Aut in parẽtes:ut apud Virg.æneas lib.vi.cũ ait.Illũ ego pflamas & mille sequẽtia tella: eri pui his humeris medioq; ex hoste recepi:parẽs uulgo pater aut mater appellaẽ.Sed iuris prudẽtes auos & pauos:auias & puias parentũ noĩe appellari dicũt.Aut in amicos:ut Cice.in oratione pro lege mani lia:qualis in amicos fuerit ostẽdit dicẽs:nam cũ antea p etatẽ huius auctoritatẽ loci nõdum cõtingere auderẽ:statuerẽq; nihil huc nisi pfectum ingenio elaboratũ industria afferri oportere:omne meũ tps amicoꝝ tẽporibus trãsmittẽdum putaui:idẽ in orõne pro sexto roscio egit pro.L.cornelio balbo & pro C.Rabirio posthumo: In eos ipos qui au

aut in parẽtes:aut in amicos:aut in eos ipsos:q audi unt aliqd referemus:dũmodo hæc oĩa ad eã ipsam rẽ de qua agitur sint accõmodata. Ite3 si nostra incõmo da pferemus:inopiã:solitudinem:calamitatem. Et si rogabimus:ut nobis sint auxilio:& si simul oñdem⁹ in aliis spem nos habere uoluisse. Ab aduersariorũ psona beniuolentia captabitur:si eos in odiũ: in inui diam:in cõtemptionẽ adducem⁹. In odiũ rapiemus:

diũt:ut apud Lucanũ qlis in cæsarẽ curio fuerit cõmẽorat dicẽs:dũ uoces tuæ potue re iuuan cæsar ait ptes quis uolẽte senatu: Traximus impiuni:& Ci.in oratione qua pro reditu suo populo grãs agit:idẽ facit: qd’ precatus a ioue optimo maximo cæte risq; diis imortalibus sum quirites:eo tpe cũ me fortunasq; meas pro uestra in colu mitate:orio cõcotdiaq; deuoui. Dum hæc oĩa:ostẽdit oportere hæc ad cãm accõmo dari ut ubi attenti reddẽdi auditores sunt:

nõ reddẽtur beniuoli:nam si locis uteremur minime rei nostræ cõgruẽtibus uitiũ & id qdem graue eẽt nõ eni oẽs loci supius dicti oĩbus causis cõueniunt:& aduertendũ est patroni & eius de quo dicit psonã unã putari cũ inuẽtio eadẽ fere sit hisdẽq; locis utendũ siue a patroni siue ab ei⁹ de quo dicit psona exor dioꝝ snĩam excogitare uolumus. Itẽ si nostra incõmoda pferemus:ut cicero pro.p.sylla maxime uellẽ iudices dicẽs ut pu.Sylla & antea dignitatis quæ splendorẽ obtineret:& post calamitatẽ acceptã mode stiæ suæ fructũ aliquẽ potuisset pcipere.Sed qñ ita tulit casus infestus ut amplissimo in honore cũ cõmu ni ambitionis inuidiatũ singulari Attenii odio euerteretur:& in his pristinis fortunæ reliqs miseris affli ctis:tamẽ haberet quosdã:quorũ animus ne suplicio quidẽ suo satiare posset:qq̃ ex hui⁹ incõmodis ma gnam aĩo molestiã capio:tamẽ in cæteris malis facile patior oblatũ mihi tẽpus:in quo boni uiri leuita tem meã misericordiãq; notam oĩbus quondã:nũc q̃ intermissam agnoscerẽt inopiam:cui cõtrariũ co pia est:inops aũt est q ope hoc est auxilio uel diuitiis & copia eget:cicero pro publio qnrio neq; ita se res hẽt:ut ego qui nõ usu satis & ingenio parũ possum:cũ patrono disertissimo cõparer &.p.Qu.cui tenues opes:nullæ facultates:exiguæ amicorũ copiæ sunt cũ aduersario gratiosissimo cõtendat.Solitudinẽ.So litudo est qñ caret aliquis ppinquis amicisq;:neq; spe in quo q̃ habere põt:nisi in se ipso & solus locus di citur incultus inhabitatusq;:Ouidius Fluminis illa latus cui sunt uada iuncta torẽti:aspicit:& sparsas p loca sola casas:unde & loci q̃ solitudo ante ostiũ:calamitatẽ:sũma quædã miseria calamitas itelligit in gensq; damnũ quotiẽs ex diuite pauper redderis & ad uilẽ abiectãq; fortunã deduceris etiã pter culpam tuam:damnũ quo ex grãdine afficiũtur calamitatẽ dicere solẽt rustici:cõminuat calamos idest culmẽ ac segetẽ:unde ait in eunucho Terẽtius. Vestri fundi calamitas:quidã a cadẽdo dictã crediderũt:hæc eĩ p ferũtur beniuolus redditur auditor.f.inopia:solitudo calamitas.Terẽtius oẽs noti inquit atq; amici de seruerũt:Idẽ qd’ ego te p hanc dextrã oro per ingeniũ tuũ:& per fidem tuã perq; huius solitudinẽ te ob testor:ne abste segregesue ne deseras:Cicero pro sexto roscio ideo se unũ ex oĩbus q sedebãt ad dicendũ surrexisse inqt ne oĩno desertus Roscius esset:cũ timore periculi cæteri defendere nõ auderẽt.Et si orabi mus ut nobis auxilio qd’ pro milone fecisse uidet Ci.dicẽs:nam si unq̃ de bonis de fortibus uiris:si unq̃ de bñ meritis ciuib⁹ ptãs uobis iudicãdi fuit:si deniq; unq̃ locus ãplissimoꝝ ordinũ delectis uiris datus est ad studia sua ergo fortes & bonos ciues ut æq̃ uultu & uerbis sæpe significasse:re & snũs declararẽt: hoc pfecto tpe eã ptãtẽ oẽs uos hẽtis & statuatis utrũ uos q uræ auctoritati semp dediti fuimus sp mise ri lugeam⁹ an diu uexati a pditissimis ciuib⁹ aliqñ p uos ac urãm fidẽ:uirtutẽ:sapiẽtiãq; recreemur.Nos in aliis noluisse spẽ hẽre:i multis firma nobis psidia iudices erãt:sed i sola uirtute urã:itegritate cõstãtia æqtate spẽ locare uoluim⁹. Aduersarioꝝ psona docet qb⁹ rõnib⁹ p aduersarii psona colligi auditoris uel iudi.bẽiuolẽtia possit. In odiũ rapiem⁹:docet quo pacto trahi aduersariũ i odiũ possit auditoris:hoc ẽ ut eũ oderit & cãæ nræ faueãt:odiũ latẽs ẽ maliuolẽtia affectio illa q̃ taciti sceleratos & flagitiosos inse (ctamur.

ANT.M.Aut i parẽtes amicos.Exẽplũ erit quo aĩo iudices i parẽtes & i amicos meos sp exti terim q̃uis oĩb⁹ notũ eẽ putẽ illud deniq; ausim dicere neminẽ aut maion beniuolẽtia aut maiori cura usum eẽ i suos q̃ ego i meos cõtinue utor. Aut i eos q audiũt.Exẽplũ erit Cũ in nr̃a rep.Iudices multos mihi pposueri quos maxie charos & pcipuos hẽre sp tũ uos i pmis & amaf & uenerari cõstitui.hĩc euẽit ut oẽs fortunã urã3:meã dicerẽ:decernerẽq; nil posse uobis aduersi accidef qd’ mihi ipsi nõ foret cõe:libẽ ter itaq; p salute urã meã quotiẽs opus erat opposui neq; pro suo honore ac statu ullũ fugi piculũ neq; fu giã dũ uiuã. Si nr̃a icõmoda pferem⁹.Exẽplũ ẽ:illud iudices ueq; eẽ expiot qd’ uulgo dr̃ fortunã eos uix unq̃ relinqre quos semel cepit urgere:quo i statu qdẽ extiteri & i quo nũero positus sim neiem usm igno rare arbitror.Quis.n.in urbe nr̃a aut diuitiis aut potẽtia aut amicoꝝ freqntia magis abũdabat:Nũc eo pduct⁹ sũ ut neq; diuitiæ neq; potẽtia neq; ulli mihi assint.Oẽs.n.me noti atq; aĩci dsetuerũt. Vt nobis

sint auxilio:& in aliis noluisse spem hēre.Exemplū erit Cū eo loco posita sit cā mea iudicis ut nisi miseri
cordia ura mihi sit p̄sens atq̃ ꝓpitia ueluti sæpe numero multis fuit:plane sim ab oībus destitutus. Hu/
manitatē itaq̃ uestrā,& clæmētiam quæso atq̃ obtestor ut mihi auxilio sint:In ura nāq̃ dūtaxat uirtute
mea spes oīs incūbit.Cū.n.multi fortunis meis p̄sidio esse pollicerent᷑ uos elegi & cōstitui illarū tutores.

si quid eorum spurce:superbe:pfidiose crudeliter:cō
fidenter:maliciose:flagitiose factum proferemus. In
inuidiā trahemus:si uim:potētiam:factioneꝫ:diuiti/
as:incōtinētiam:nobilitatem:cliētelas hospitiū:soda
litatem affinitates aduersarioꝝ referemus:& his adiu
mētis magis quam ueritati eos cōfidere aperiemus.

FRAN.M.Spurce:Impure:nā spurco cō
trarius est purus.Plautus tot noctes reddi/
dit spurcas quot claras hūit:est ꝓprie spur/
cū qđ nō uisu solū sed auditu q̄q̄ refugim⁹:
q̄le illud qđ.M.Anto.in philippicis obicit
Ci.dicēs Crapulā illū hesternā cū ꝓ tribu/
nali sederet fede euomisse & uestem frustis
esculētis uinūq̃ redolētib⁹ totūq̃ tribunal
īplesse.Sūt q uelint spurcū dici qđ in illud
abominātes spuere soleam⁹. Supbe:insu/
piores:atq̃ īferiores ex q̄ re beniuolū fecit auditorē Ci.ī ofone ꝓ milone:cū ait unū genus ē aduersū īnfe
ctū q̄ nobis eoꝝ quos.P.Clodii furor rapinis:incēdiis & oīb⁹ exitiis publicis parauit:q externa ēt cōtiōe
incitati sunt:ut nobis uoce p̄irēt:quoꝝ clamor siqs forte fuerat admonere nos dēbit:ut illū ciuē retinea
tis q sp illud gen⁹ hoīum clamoresq̃ maximos:pro ura salute neglexit:nō mediocris certe supbia ē præi
re iudicibus uoce:recte igit᷑ sic Cice.aduersarios in odiū aducit. Perfidiose:cū dicis perfidia usos aduersa
rios:& datā fidē nō seruasse.Sicuti ī æneā apud Virg.Dido nec tibi diua parēs:generis nec dardanus au/
ctor:pfide:& alibi en dextra fidesq̃ quē secū patrios aiūt portare penates.Itē alibi:dissimulař ēt spasti pfi/
de tantū posse nefas:tacitusq̃ mea discedere terra.Nec te noster amor nec te data dextera dextræ.Nec pe
ritura tenet crudeli uulnere dido. Crudeliter. Crudelis ītelligit᷑ is q ꝓnus ad nocēdū nulla humanitate:
nulla tangit᷑ misericordia ut ī eadē didonis in æneā ofone.Quin & hyberno moliris sydere classem & du
biis ꝓperas aqlonibus ire p altū crudelis.Ci.pro.P.Sylla & in his pristinis inqt reliqs miseriis & afflictis
tñ hēret quosdā:quoꝝ aīos ne supplicio qdē suo satiare posset:Idē ꝓ deiotaro rege accidit ut accusatorū
alteri⁹ crudelitate alteri⁹ indignitate pturber:crudele castorē ne dicā an scelaratū & īpiū q nepos auū ī di
scrimē capitis aduxit. Malitiose:malitia uersata ē & fallax rō nocēdi p dissimulationē:qñ īprudēter facer᷑
nos aliqd simulamus:qđ tñ dedita opa facimus.Ci.pro cæcina dicens in odiū ebutiū trahit aduersariū:
& ꝙ audax ī ui faciēda extiterit:cū ex suo cæcinā expulit fundo:& ꝙ in iudiciū īpudēs postea māifeste reus
uenire ausus sit malitiaq̃ id ait fecisse:tāq̄ iustæ fecisset:q̄ fecerat. Cōfidēter:Nimia & temeraria audacia
cōfidētia est:qñ quispiā īpunitū existimat futuꝝ quicqd peccauerit.Terētius o ingētē inqt cōfidētiā.Cō
fidēs pro īprobo:audaci & temerario ponit᷑.Repit᷑ tñ nō mala significatiōe. Terē.in andria nescio qs se/
nex mō uenit:illū cōfidēs cautus.Maxīe in odiū adducit aduersarios.Cice.eoꝝ nimiā significās cōfidētiā
his uerbis q̄ in ofone sunt ꝓ.P.sextio q oīa diuina & hūana uiolarit uexarit:pturbarit:euerterit:nō solū
alacres:lætosq̃ uolitare:sed ēt uolūtarios fortissimis atq̃ optīs ciuib⁹ piculū moliri de seipsis nihil time
re. Flagitiose:Cū scelus tñ & tale ē ut ēt humanā exupet cōsuetudinē:est aūt flagitiū ꝓprie in libidīe q̄si
flagris dignū crimē:ꝓ cæteris tñ accipit᷑ pcīs ēt q̄ p negligētiā īprudētiā & obliuionē comitāt᷑:flagitiū
est q̄le a Ci.clodio est obiectū ꝙ nō pluris bonā cleā fecisset q̄ tres sorores. In īuidiā trahem⁹.Quo pacto
colligi auditoris beniuolētia possit adductis ī inuidiā aduersariis nūc docet.Inuidia dolor ē ex aliena fe
licitate suboriēs.Oīa ferme qbus adduci ī inuidiā aduersari⁹ pōt in ofone Cæsaris cōtra Pōp.Luc.suasse
appetuim cū ait.Quid iā rura loquat tecū supp̄ssa p orbē:Ac uisā seruire famē.Quis castra timēti nescit
mixta foro.Gladii cū triste minātes iudiciū ī solita trepidū cinxere corōa:atq̃ auso medias prūpe milite
leges.Pōpeiana reū clauserūt signa milonē.Ci.pro.A.cæcina si q̄tū in agro locisq̃ desertis.Audacia pōt:
tātū ī foro atq̃ ī iudiciis īpudētia ualeret:nō min⁹ ī cā cederet.A.cæcina ebutii īpudētiæ q̄tū ī ui faciēda
cessit audatiæ. Potētiā:hāc idē Luca.in eadē ofone facit Pōp.a cæsare obiici his uerbis. Quē tñ inueniet
tā lōga potētia finē:qs sceleꝝ modus ē.Et Ci.pro.P.Quītio q̄ res in ciuitate duæ plurimū pñt cāæ q̄ nos
ambe faciūt:ī hoc tpe sūma gr̃a & eloquētia q̄rū alterā.c.aqli uereor alterā metuo eloquētiā Quīti hortē
sii ne meī dicēdo īpediat:nō nihil comoueor gr̃a Sexti næuii ne.p.Quītio noceret uereor id uero nō me
diocrit ptimesco:& paulo īferi⁹ hēt aduersariū.P.Quintiū uerbo Sextū næuiū re uera huiusce ætatis ho
mines fortissimos disertissimos ornatissimos nr̃æ ciuitatis q cōi studio sūmis opibus Sextū neuiū defen
dūt.Si id ē defendere cupiditati alteri⁹ obtēperare.Quo is facili⁹ quē uelit iniquo iudicio oppīre possit.
itē ī ofone ꝓ sex.roscio adolescēs uel potētissim⁹ hoc tpe nr̃æ ciuitatis.L.corneliū Chrysogion⁹.Factio/
nē:diuisio ciuiū ī diuersa studia factio notat᷑:cū aliq se pricipes ac primarios uicinitate efficer᷑ uolūt:iter
quos emulatio ē uñ factiosi dñr q q̄ maximā pñt ciuiū multitudinē p fas & nefas ad se trahūt certati:eos
uero q hos cōsecūtur cliētes uocam⁹ uñ cliētele multitudo a qb⁹ reb⁹ ī iudiciū Pōpe.cæsar adducit:dicēs.s.
extremi pōpeiū ēptiq̃ cliētes cōtinuo p tot satiabūt tpa bello. Diuitias:qbus sīn solētes reddi & īportuni
hoīes solēt plærūq̃. In cōtinētiā:libidinē luxuriāq̃ quaꝝ cōtinētia:ueluti frenū dr̃ esse.Ci. ꝓ Sex.Ros.se
hoc meo hoī nō arbitrāt᷑ hui⁹ inocētis p̄timoniū tā amplū & copiosū posse obtiner᷑ dānato & eiecto spe
rat se posse qđ adept⁹ ē p scelus:id p luxuriā effūdere & cōsumere uides:qūo clā incōtinētē eē dicēs Chry

ſogionē in inuidiā rapiat. Idē in orōne de rñſis aruſpicū facit ēt in clodiū: cū reprimēdā dicit fuiſſe eius
ipudicā īpudicitiā Qui. P. Tullioni ſyro cui ſe uenierat opam daret. Nobilitatē. Nā & nobilitas tolit aīos
set. Ante fugam soboles. Dissimulationẽ. Dido uergiliana. Sed mihi uel tellus optẽ prius ima dehiscat. Vel pater oipotens adigat me fulmine ad umbras &c. Ante pudor quã te uiolem. Misericordiã. Eadem Degeneres animos timor arguit: heu qbus ille iactatus fatis: q̃ bella exhausta canebar. Rerũ uarietates. Eadem. Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes. Quã sese ore ferẽs: q̃ forti pectore & armis. Credo eqdem nec uana fides genus esse deoꝝ. Degeneres aios: timore arguit. Fortunæ cõmutationẽ. Maro lib. v. Vritur infœlix dido totaq; uagat̃ Vrbe furẽs &c. Insperatũ incõmodũ Anna ad didonẽ ꝑemptã hoc illud ger. fuit me fret. p. Hoc rogus iste mihi hoc ignes araq; parabant. Quid primũ deserta qrar &c. Subitã lætitiã. Maro lib. x. de ænea ab hetruria cũ nauib⁹ redeũte: dum rutuli ꝯtra troianos pugnarent ab sente ænea: Iamq; in cõspectu teucros hẽt & sua castra stans celsa in puppi: clypeũ tum deinde sinistra extulit ardẽtem clamorẽ ad sidera tollũt Dardanidæ e muris: Spes addita suscitat iras &c. Iucundũ exitũ reꝝ. Turnus ad æneã. Vicisti & uictũ tendere palmas ausonii uidere: tua est lauinia cõiunx. Vlterius ne tende & odiis &c. Transigẽtur: tractabũtur. Ad ueritatem pertinet: de oratoria oratione intelligit. Veritas aũt est p quã imutata ea quæ sunt aut ante fuerũt aut futura sunt dicũtur. Auctor est Tul. lib. ii. rhe. de inuẽtione. Tres res cõuenit habere. Narrationẽ: Fabius lib. iiii. sic ait: Narratio est rei factæ aut ut factæ utilis ad persuadẽdum: expositio. Vel ut Apollodorus finit. Oratio docens auditorem quid in controuersia sit. Eam pleriq; scriptores maxime qui sunt ab isocrate uolũt esse lucidam breuem. Verisimileꝫ. Neq; enim refert an pro lucida perspicuam: pro uerisimili probabilem Credibileue dicamus. hæc ille.

¶ De breui narratione.

Em breuiter narrare poterimus: si ĩde incipiem⁹ narrare unde necesse erit. & si nõ ab ultimo initio repetere uolemus. & si summatim: nõ particulatiꝫ narrabimus. & si nõ ad extremũ: sed usq; eo quo op⁹ erit ꝓseqmur.

FRAN. M. Si inde ĩcipiemus: præcepta dat in breuem Narrationẽ quid in principio: quid in medio: quid ĩ fine fieri debeat: breuem autem futuram Narrationeꝫ dicit a principio rei coniuncto exordiemur: nõ inde unde necesse nõ fuerat. illinc enim incipiendũ est unde ad iudicẽ pertinet: nihil q̃d extra casum sit: dicendũ est: & reiicienda sunt oia qbus sublatis nec cognitioni qcq̃ nec utilitati detrahitur. Si homicidam defendis ab ipsa homicidii narratione tibi incipiendã est: nõ aũt dicendũ in narratione quẽ auum quẽ patrem habuerit: quõ natus educatusq; sit: nõ enim ad futurũ pertinet iudiciũ: sed illud tm̃ ut intelligat̃ q̃re hæredes facta sit. Cicero in oñone pro Milone inde incipit: unde opus fuit. ait eni Pu. clodius cũ statuisset oĩ scelere uexare rẽpu. quæ narratio mirifice a Quin. laudat̃: q̃ nihil est artificiosius: cuꝫ breuis pro mã sit orõnis. Verisimilis & dilucida: cãs explicat qbus adductus insidias miloni struxerit Clodius: quo pacto Milo qui lanuiniũ ad ꝓdendũ flaminẽ ꝓficiscebat̃: cũ eũ clodius inuasisset uim ui repulerit q̃ iter eos fuerant: inimicitias nihil deniq; q̃d ad cãm nõ ptineat exponit. idẽ facit & pro ligario dicens: incipit. n. quo tpe in ꝓuinciã ꝓfectus est q̃d ad cãꝫ ptinebat. Et si nõ ab ultimo initio. Duo sunt pricipia rei ꝓpinquũ & remotũ ab ultimo repetẽda res nõ ẽ: ut puta si bellũ troianũ nobis narrandũ sit: a raptu helenæ debemus incipe: nõ a læda q̃ helenã genuit: nã & Horatius ait. Nec gemino bellũ troianum ordit̃ ab æuo. de Home. loquẽs q inde incipit unde incipiẽdũ fuit Papinius ꝑcepti huius minĩe ignarus in principio thebaidos: nolle se ab ultimo initio res thebanas repetere dixit. sed illinc: uñ cõuenit: exordiri ait. n. uñ iubetis ire deæ gẽtis ne cauã primordia diræ sidonios raptus & inexorabile pactũ legis agenoreæ: scruptãreq; æquora cadmũ lõga retro series: tumidũ si martis opti Agricolã infãdis cõdẽtẽ semina sulcis expediã: penitusq; sequar quo carmine muris iserit amphiõ tyrios accedere mõtes: atq; ideo iam nũc limes mihi carminis esto oedipodæ ꝯfusa domus supfluiuitiũ & maro declinãs ita ĩchoauit narrationẽ: uix e cõspectu siculæ telluris ĩ altũ uela dabãt læti: Anthimachus uero poeta merito reꝑhẽsus fuit: ꝙ reditũ Diomedis narrãs: ab exordio cœpit primæ originis hoc ẽ ab iteritu meleagri. Et si summatĩ: nõ particulatĩ: summatĩ dr̃ cũ illi⁹ rei cui⁹ satis ẽ summã dixisse ptes nõ dñtur: ut puta cũ dicet̃ sufficiat: occidit: nõ dictam⁹ & uoluit & potuit & occidit cũ harꝫ ptiũ summã sit occidit: sæpe ãt occidit ut satis sit q̃d factũ sit exponere: q̃uo ãt factũ sit ꝑterire narrationi nihil noceat. Nec eo tẽdit hoc ꝑceptũ ut summatĩ sp narrãdũ sit: nã & pticulatĩ narrare sæpe necesse ẽ nec uitiũ hẽtur sed uirtus: sed cas respicit cãs q̃ queadmodũ gestũ aliqd sit ex potu nõ desiderãt. Nã in orõne ꝓ milone nõ summatĩ sed pticulatĩ narrat Ci. summatĩ narrasset si dixisset: fatemur a milone occisũ clodiũ: sed ab eo Miloni nõ illi a milone factas ĩsidias dicim⁹ sed pticulatĩ narrat nihil ĩferes superflui: nihil omittẽs necessarii. exponit. n. q̃uo ĩsidias fecerit: q̃uo ꝓficiscẽtẽ cũ uxore Lanuuiũ: milonẽ inuaserit: q̃uo ab is q extremo agmie erãt rixa cœpit: q̃uo pcussus clodius occubuerit sic fieri cã postulabat: q̃ñ aũt summatĩ iudicari res põt: uitiũ erit: si pticulatĩ dixeris uerũ hoc ꝑceptũ de medio narrationis itelligi põt. Et si nõ ad extremũ: de fine narrationis ẽ hoc ꝑceptũ: ut narrem⁹ quousq; narrãdũ ẽ ut nõ & illa narrem⁹ q̃ in cõtrouersiã nõ cadũt: ut puta q̃d ẽ fortiter fecit petit ꝑmiũ noĩe ærarii dimidiũ ꝯtra dr̃ narrãdũ quẽadmodũ fortiter fecit: nõ ẽt quẽadmodũ ad ciuitatẽ regressus sit: & quẽadmodũ præmiũ petierit: & queadmodũ ei cõtradictũ sit: Ci. in orõne pro milone postq̃ narrauit a clodio miloni nõ a milone Clodio insidias factas ulterius narrare progressus nõ est ostẽdit. n. q̃d proposuit: nã luce clarius se demõstraturũ ꝓmiserat miloni insidias fecisse clodiũ: nõ ad extremũ prosecutus est: sed eo usq; quo opus fuit idem & papi-

nius diligenter obseruasse missus est: qui cũ Matronas thesci auxilio obtinuisse dixisse: ut uirorum cadauera: sepulturę mandare possent: finem operi imposuit. Non enim narrandum erat quomodo rogum struxerint quomodo singulæ uirum in ignes coniecerint: quomodo fleuerint: quomodo cineres collectos in urnis collocauerint quæ ue epigramata inscripserint. dicit enim nõ ego centena si quis mea pectora laxet uoce deus tot busta simul: uulgiq; ducumq; tot pariter gemitus dignis conatibus æquem: eo usq; narrauit: quo necesse fuit superflua omisit: & id se facere professus est.

¶ De breui Narratione. Tit. xxii.

ANT. M. Vnde necesse erit. Breuis erit narratio inquit Fab. lib. v. Si inde cœperimus: unde ad iudicẽ ptinet. Deinde si nihil extra cãm dixerimus: tum ẽt si reciderimus oĩa: qbus sublatis neq; cognitioni qcq̃ neq; utilitati subtrahat. Solet enim quædã esse partiũ breuitas: q̃ longã tamẽ efficit summã in portũ ueni. Nauem prospexi: quãti ueheret interrogaui: de præcio Cõueni cõscendi. sublatę sunt anchoræ solui mus oram. profecti sumus. Nihil horũ dici celerius põt: Sed sufficit dicere E portu nauigaui. Hæc ille. Dicit item Satius esse aliqd Narrationi superesse q̃ decẽ. Nam superuacua cũ tedio dicũtur. Necessaria cum piculo subtrahũtur. Et partitio tedium leuat. Dicã quæ acta sint ante ipsum rei cõtractũ. Dicã quæ in re ipsa. Dicã q̃ postea Ita tres potius modice narratiõe uidebũtur q̃ una longa. Interim Expediet expositiones breui interfatione distinguere. Audistis q̃ ante acta sunt. Accipite nũc q̃ insequũtur: reficietur enĩ iudex priorũ fine. Et se uelut ad nouũ rursus initium præparabit. hæc ille. Ab ultimo initio. Vtputa. Si nobis bellũ troianũ narrandũ sit: debemus ab raptu helenæ incipere non ab leda quæ helenã genuit. Ergo pcepta dat in breuem narrationẽ: quæ in initio narrationis: quæ in fine: q̃ in medio seruare debeamus. Quod Victorinus scribit. Si sũmatim nõ particulatim narrabimus. Præceptũ est a medio narratiõis. Exemplũ aũt erit illud. In portũ ueni: nauẽ pspexi &c. Nõ ad extremũ. Præceptũ est de fine narrationis: idest si narrabimus quousq; narrandũ est: nõ etiam illa narrentur: quæ iam in tractatus cadunt: ut puta. Quidam fortiter fecit: petit præmiũ noĩe ærarii dimidiũ. Cõtra dicit. Narrandũ est quẽadmodũ fortiter fecerit. Non etiam quẽadmodum ad ciuitatem regressus sit: & quemadmodũ ei cõtradictum sit.

& si trãsitionib⁹ nullis utemur: & si nõ deerrabimus ab eo, qđ cœperimus exponere: & si exitus rerũ ita ponemus: ut ante quoq; quæ facta sint: sciri possint: tam etsi nos reticuerimus. Quod genus est: si dicã me ex puincia redisse profectũ quoq; ĩ prouinciã intelligatur. Et omnino nõ modo id quod obest: sed & id qđ neq; obest neq; adiuuat: satius est præterire: & ne bis aut sæpius idem dicamus. Cauendũ est etiã ne id qđ semel supra dixim⁹: deiceps dicam⁹: hoc mõ. Athenis megarã uesperi aduenit simo: ubi aduenit megarã: isidias fecit uirgini: isidias postq̃ fecit: uim ĩ loco attulit.

FRAN. M. Et si trãsitionibus nullis. Vtemur: ut illa tãtũ narremus quæ ad causam pertinẽt: nõ etiam aliqua quæ extra sint: & quæ ad negocium minime faciant: quãuis hoc pceptũ ad colorẽ rhetoricũ referri posse: q alias necessarius: in narratiõe supfluus sit quidã uelint. nã sequitur inquiũt: & si non deerrabimus ab eo qđ cœperimus exponere quod ad digressionẽ refert: ut si qs a Milone in appia uia occisum narret clodiũ. Digrediat & clodiũ prædia quæ illic erant describat: deerrare aũt digredi ẽ ab eo de quo agit exemplũ trãsitionis si pro colore accipis: tale est si dicas. Accepistis iudices Quid ad struendas Miloni insidias clodiũ impulerit. Nũc qđ Milo ipse egerit animaduertite & carere eum culpa nõ negabitis: sed ad colorẽ referri nulllo mõ intelligẽdũ est: nam Quin. expedire dicit expositiones breui interfatione distinguere si dicamus accepistis quæ ante acta sunt: accipite nunc q̃ insecutũ est. reficit. n. iudex priorũ fine: & se uelut ad nouũ rursus initiũ præparat. Ergo aut idẽ est pceptũ si trãsitionibus nullis utemur: & si nõ deerrabimus ab eo qđ cœpimus exponere: nã in rhetoricis de inuẽtione tantũ ait: & si nullã in rem aliam trãsibitur: aut trãsitiones ĩtelligit: q̃ ad res fiũt: cũ cã nostra cõiunctas deerrationẽ uero quæ ad ea diuertat q̃ nihil oĩno cũ nostra cã habeãt utrũq; uitiũ in narratione: sed posterius lõge maius: illa tñ uera põt esse dĩa: ut transitionibus in narratiõe ille utat cui cũ seorsum narrandũ sit qd Clodius egerit: seorsum qd milo deĩde. Simul qd uterq; fecerit & passus sit a milone trãseat crebro ad clodiũ & cõtra. ille uero aberrare uideat qui penitus ab eo de quo agit discedat: ut cũ narrandũ homicidiũ sit adulteriũ narret. Et si exitus rerũ ita disponemus: exẽplũ ipse ponit: hoc ad breuitatẽ maxime ptinet narratiõis: cũ ea relinquũtur: q̃ ex his quæ dicunt: intelligi possunt. Ante: ante ea q̃ dicimus facta eẽ sciri pñt. Quod genus: exempli cã. ad silitudinẽ græcoꝝ dictũ est apud quos οιον idẽ ualet. Si dicam me ex puincia redisse nemo redit ex puincia q nõ ĩtelligat prius in puinciã pfectus. irẽ supflua erit narratio: si dicas res erat solis nota pcorib⁹. Poetæ & ipsi illud sæpissime custodiũt ut κατα το σιωπωμενον loquũtur. Vir. Ni iam præmissus achates afforet: multi tamẽ ut inqt Ci. imitatione breuitatis decipiuntur: nã cũ se breues putẽt esse: longissimi sunt: cũ dent operã: ut res multas dicãt: nõ ut oĩno paucas res dicãt: & nõ plures q̃ necesse sit: nam plærisq; breuiter dicere uidet: qui ita dicunt accessi ad ædes: puerũ uocaui: respondit quæsiui dominũ: domi negauit esse. Hic tam & si tot res breuius non potuerit dicere: tñ quia satis fuerat dixisse dñm negauit esse domi: fit rerũ multitudine longus: uitãda est igit breuitatis imitatio: & nõ min⁹ reꝝ nõ necessariũ q̃ uerboꝝ multitudĩe supsedẽdũ ẽ: hoc idẽ & Quin. Ci. secutus ferme

præcipit:& hoc utitur exemplo. In portum ueni: nauem prospexi: quāti ueheret. Interrogaui. de præcio cōueni: cōscendi: sublatæ sunt ancoræ: soluimus horā. profecti sumus. addit idem nihil horum dici celerius pōt: sed sufficit dīiæ: est portu nauigaui: quotiens itaq; exitus rei priora ostēdit debemus hoc esse cōtenti. quo reliqua intelligūtur: & cū liceat differētiæ est mihi filius iuuenis. oīa illa supflua sunt. cupidus ego liberorū uxorem duxi: natū sub stuli: filium educaui: in adolescentiam perduxi. Et oīno nō modo id: præcipit nō solū quæ obsunt prætereūda esse: sed quæ neq; adiuuāt: neq; prosunt: dicere quæ obsunt stulti est: aut præuaricatoris: quæ neq; obsunt neq; adiuuatur parū cauti. Nam superuacua cū tædio audiūtur: retinendi autē sunt auditorum animi nō alienandi. obfuisset Ciceroni si dixisset egressum milonē urbem esse armatū ut uirum fortissimū dicebat: cum armatorū cætu sequi uolentem uxorē: ducere noluisse. Nō profuisset: neq; obfuisset. Si dixisset uxori se statim prodito lauinii flamine reditturū. Et nobis aut sæpius dicamus: uitiū superius perissologia est: hoc uero Tantologia dicitur: iteratio scilicet eiusdem sermonis: ut si dicas milo occidit clodium: quod si faceres merito dici in te posset: obtundis autem tametsi intelligo. Item si dicas: milo cū uxore rhedam inscendit inermis. Cū bouillas uenisset clodius qui æquo uehebatur illi obuiam fit: quare milo de rheda descendit. nam in rheda ut dixi erat: hoc superfluū est: nam sufficiebat dixisse: prius & rhedam inscēdisse: hoc aūt præceptū tum ad uerba ptinet tum ad sñias: ne bis in narratione reperamus. Cauendū est etiā ne id qđ &c. Cauendū est ne uerba repetentes: cōnectamus. In quod uitiū multi incidunt: ut cum dicitur domū tuam ueni: ubi domū ueni: fores pulsaui: fores ubi pulsaui: filius tuus rñdit: ubi rñdit: domi te nō esse cognoui: ubi domi te nō esset cognoui: in forum ueni. ubi in forum ueni: te uidi: ubi te uidi ad te cucurri: differt a supiori qñ ea narramus supflue: quæ ex ipso exitu rerum percipi possunt: quāuis nō dicantur: nā hic uerba eadē: repetūtur: qđ illic nō fit: hic præterea diuersæ possunt esse sentētiæ: illic tantū diuersa sunt uerba: sensus ad idem tendit. Cicero ipse exemplū subiicit de aliquo poeta ueteri sumptū qui sm personæ decorum uitium a simone illatū uirgini narrari facit: athenis megara. megari cū solū atticæ pars fuit ubi megara insignis olim ciuitas quā Corinthii & messeni mœnibus cinxerunt habuit hoc philosophorū studia quos megaricos uocauerūt: distat athenis passuū. x. milibus: uesperi: datiuū pro ablatiuo seruius sentit esse. In loco: in loco illo ubi insidias fecerat.

ANTO.M. Transitionibus nullis: scilicet ut ille tantū narres: quæ ad causam pertinēt. Non etiā aliqua quæ extra sunt: & quæ ad negocium minime pertinent. Si non deerrabimus: declarat id quod dixerat. Exitus rerum. Quare cū liceat dicere. Est mihi filius iuuenis. Omnia illa superuacua. Cupidus ego liberorum uxorem duxi. Natum sustuli: filium educaui. in adolescentiam perduxi. Hæc Fabius lib. iiii. Nō modo id quod obest. Et enim qui breuitati studet: nō modo illa in narratione præterire debet: quæ obfutura sunt: uerum etiam illa quæ nihil profutura. Et ne bis aut sæpius: idest etiam illa quæ prosunt: nō sunt iteranda. Megaram: Megarica terra attici soli pars fuit. Vbi Megaram urbem mœnibus cinxere heraclidæ habuit philosophorum studia quos appellauere Megaricos. Qui Euclydis Socratis auditori successere. Plura Strabo libro nono.

De dilucida narratione.

r Em dilucide narrabimus si ut quicquid primum gestum erit: ita primū exponemus: & rerum ac tēporum ordinē cōseruabimus ut gestæ res erūt: aut potuisse geri uidebūtur. Hic erit cōsiderādū

FRAN.M. Rem dilucide: de prima præcipit narrationis proprietate: quēadmodū breuis narratio esse possit. Nunc quemadmodum aperta fiat: & dilucida exponit. Illud autem adultere debemus: quod in apertam narrationem illa dat præcepta: quæ & in breuem: & quid in principio aperte narrationis: & quid in fine: quid in medio facere debeamus ostendit. Si ut quicquid primum. Ipse hoc declarat subdens: & rerū ac temporum ordinem cōseruabimus: scilicet ut nō peruerso ordine narrandi fiat iudicibus in cognitione confusio: ut quod post factum est primū narremus: quod si faceremus in rerum ac temporum ordine delinqueremus: qui uero ordinem confundit naturalem is obscuram sine dubio reddit narrationem: quā distinctam decet esse rebus: personis: tēporibus locis causis rerū: ergo ut singulæ suo loco res ponantur: ut nō dicatur moriamur: mediaq; in arma ruamus: ut quod prius factū est priore loco: qđ posterius collocetur. Vt gestæ res erunt: superiorem complectitur diffinitionem quæ est narratio rerū gestarum: aut perinde ut gestarum expositio: non enim res dūtaxat ueras narramus: sed etiā uerisimiles. Hic erit considerandū ut in præceptis breuis narrationis primo ostendit qd faciendū esset; deinde qđ non faciendū. Ita hic primo quid faciendum sit: deinde quid non faciendum demonstrat.

De dilucida Narratione. Tit. xxiii.

ANTO.M. Rem dilucide narrabimus. Etiam in apertam narrationem illa dat præcepta: quæ & in breuem. Nam hic etiam quid in principio apertæ narrationis: quid in fine: quid in medio facere debeamus ostendit. Si ut quodq; primū: ut non peruerso narrandi ordine fiat iudicibus in cognitione confusio. Rerum ac temporum ordo: Ne id primum narres: quod postea factum est: quod si feceris & in rerum & in temporum ordine deliquisti. Hic erit cōsiderandum ne quid perturbate: Vt in præceptis breuis Narrationis primum ostendit quid faciendum esset: deinde quid non faciendum. Ita & hic ostendit. Primo quid faciendum erit: tum quid non faciendum.

ne qd pturbate:ne qd cōtorte:ne qd ambigue:ne qd noue dicam⁹:neq; in aliā rē trāseam⁹: ne ab ultīo repetam⁹ ne lōge pseq̄mur:ne qd q̄d ad rē ptineat:pterea/mus:& si pseq̄mur ea q̄ de breuitate p̄cepta sunt. Nā quo breuior:eo dilucidior: & cognitu facilior narratio fiet.

¶De uerisimili narratione.

u Erisimilis narratio erit: si ut mos: ut opinio

FRAN.M. Ne qd prurbate: Si rer̄:aut tpor̄ in narratiōe ordo mutat̄:pturbate dr̄:qdā prurbate ad constructionē referūt:& uerbor̄ collocationē ut ne prurbate dicat̄,cōgrue suis locis disponant̄:ut cū dicere debeas. Qu Mutius augur scæuola multa narrare de.C.Lælio socero suo memoriter & iocunde solebat. nō sic dicas. Augur scæuola. Qu.Mutius de.C.Lælio memorit̄ & iocūde socero suo mlta narrar̄ solebat. fuerūt q pturbate ad morē puersu₃ referēt dicētis q tūc demū se exstiet bñdicere & mouere:cū oia tumultu & uociferatiōe cōcuciat:sui tpis oratores q in hoc uitiū uulgo īcidebāt rephendit Quinti. q credebāt ĩdicate s̄monis eē quotidiani:& in ĩdoctos ēt cadere:cū tñ uirtus sit cōtorte:tūc dr̄ cōtorte cū nō facilis trāsitus ē ac direct⁹:s₃ obscurus:hoc ē cū est rer̄ ptinuatio. Sūt q ad trāslatōes referāt duriores.nā detorq̄ri & cōtorq̄ri dicūtur uocabula cū a ppria significatiōe ĩ aliā. Sed duriter & aspe trāsferūtur. exēplū ē uulteius socios suos acri uerberatiōe hortat⁹ ē:ut oĩ remo pectoris ad cōem oĩbus locū migrare nō phorrescerēt recti⁹ dictū fuisset uulteius socios suos orone sua hortat⁹ ē:ut oĩ conaru uterēt. Ne qd noue:p̄ter ɔsuetudinē & morē:uel ad ipsa refert̄ uocabula octauius augu.ad filios uel nepotē scribēs:noua uocab'la ut scopulos nautis euitāda eē dixit:eēt āt nouæ dcm̄ uocabulū.siqs p attētione auriculationē poneret. Ne qd ābigue:illud ābiguū dr̄:qd̄ ĩ duas pluresue res trahi pōt ambiguitas āt dubitationē parit:q̄ ɔtia ē dilucidari:ea.n.oia apte tradit:ambiguū nō ē:si dicas cōstat iudices milonē ĩuasisse clodiū:& aio te æacidā romāos uincer̄ posse. Nequā ĩ aliā rē:p̄cepta repetit breuitatis:q̄ diluciditati cōueniūt.quo.n.breuior narratio:si tñ necessaria nō omittant̄:eo dilucidior est:nō debēt q̄ ad pñs negatiuū spectāt omitti atq; ab eo aliena narrari hoc de breuitate p̄ceptū ē:ne alti⁹ q̄ necesse ē repetētes narrem⁹:qd̄ antimachus poeta fecit. Ne lōge pseq̄mur.de fine narratiōis ē hoc p̄ceptū: ne ulteri⁹ pcedam⁹ narrare q̄ necesse sit:& iudicis exigat cognitio. Ne qd qd̄ ad rē:hoc uitiū mediæ narratiōis ē:ita ut pricipiū uitiū ē si ab ultīo repetat̄:finis āt. Si ad extremū pducat̄. Et si &c.cōcludit illa ĩngēs oĩa q̄ de breui narratiōe p̄cepta sint ēt in apta seruari dēte.nā quo breuior &c.ita tñ ut necīa nō omittas: uera breuitas ē q̄ nihil supfluū dicit:nihil omittit necessariū:& si ĩ alterutro peccādū ē poti⁹ supflua dicēda sūt:q̄ necīa omittēda:qd̄ ēt supi⁹ a nobis dictū est. Verisilis narratio erit:nūc ad uerisilitudinē trāsitū facit:q̄ ultīa ē narratōis pprietas:p̄cipit igit̄ quo pacto credibilē narrationē facer̄ possim⁹: ea āt q̄ auditorib⁹ facere fidē possint ĩ his septē inueniūt̄ circūstātiis:q̄s oēs artis scriptores tractarūt:qs:qd:cur ubi qñ quēadmodū:qb⁹ admĩculis:qs psona ē:qd factū: Cur cā:ubi locus:qñ tps.quēadmodū modus: qb⁹ admĩculis facultas.opīonē Ci.addit:addit morē & nām.qd quēadmodū:& qb⁹ admĩculis qm̄ cū psona cohærēt p̄terit:& qa mō fides nō fit s₃ magis āplificatio eris:cūq; ad cōiecturā accōmodata sint hæc p̄cepta & ĩ cōiectura fcm̄ neget̄ nec modus p̄t eē pbatōis fci:nec qb⁹ admĩculis fcm̄ sit oñdit:hic itaq; p̄cipit Ci. ut res ad eor̄ q agūt nāz ad uulgi morē:& eor̄ q audiūt opīonē accōmodet̄. Si ut mos:ut id qd̄ agim⁹ a ppl'i more ñ abhoreat.s.ne ɔ ɔsuetudinē audiētiū loq̄mur:ut si apd̄ pyrrhū aut hānibalē ɔtra rē militarē narres apd̄ rōanos ɔ iustitiā.apd̄ scythas mores barbaros rephēdas.athenis studia bonar̄ artiū accuses: mos āt ɔsuetudo dr̄ alicui⁹ ciuitatis ĩueterata:q̄ legis uĩ obtiet. Opīo:ut id qd̄ dicim⁹ ab hoīu₃ opīone ñ discrepet:s₃ eor̄ p̄cipue q audiūt:& iudicaturi sūt:par̄.n.eēt:castā eē & ĩtegrā psonā dicere si alr̄ de ea iudices sentirēt:si fecisse furtū illū dicam⁹:q furari al's cōsueuerit uerisilis erit narratio:nā q semel mal⁹ sp psumit̄ mal⁹ ĩ eodē gñe mali:& auaritia hoīe₃ ad furtū ĩpelli:libedīe ad adulteriū.temeritate hōicidiū oĩum ferme cōis ē opīo pti⁹ ut Quin.p̄cipit aĩum nr̄m ɔsumere dēmus:ne qd nāæ aduersu₃ narrem⁹.nā.ne de pudiciana agat leno:ac de castitate meretrix:mĩme.n.pbabit̄:nā leno ĩpudic⁹ nā est meretrix nō casta qs deniq; tulerit gracchos de seditōe q̄rētes:qs celū terris ñ misceat:& mare cælo:si fur displiceat uerri hōicida miloni: Qu ĩuis tria hæc morē cōsuetudinē nām Ci.disiūxit:tñ sūt cōiūcta nā ex more ac nā cōsuetudo plena efficit̄.

AN.M. Ne qd prurbate dicat̄:id erit si rer̄ ac tpor̄ ordo ĩ narratōe ñ mutet̄. Ne qd cōtorte.i.quū iterdū ñ facilis trāsit⁹ ac direct⁹ ē:s₃ obscurus.ne qd ābigue:dubie:ut dicēdo.aio te æacida romāos uicere posse. Neqd noue dicam⁹:ut si qs uteret̄ nouis uocabulis.i.exq̄sitis & ab usu remotis. Neq; in aliā rē trāseam⁹:ne omissis reb⁹ ad pñs negociū ptinētib⁹ ñ narrāda atq; aliēa narrem⁹:qd̄ p̄ceptū de breui ēt narratiōe dedit:ne ab ultīo repetam⁹. Hoc p̄ceptū ē de initio narratiōis:qd̄ itē ĩ breui dedit. Ne lōge pseq̄mur:id p̄ceptū d̄ fine narratiōis ē. Nā ut ĩqt ĩ rhe.de ĩuē. Sæpe res par̄ ē intellecta lōgitudīe magis q̄ obscuritate narratiōis. Neqd qd̄ ad rē ptineat p̄teream⁹. Præceptū hoc ē de media narratiōe. Nā quo breuior eo dilucidior:hīc ait horatius. Quicqd p̄cipies esto breuis ut cito dicta p̄cipiāt aĩ dociles:teneātq; fideles.

¶De uerisimili narratiōe. Tit.xxiiii.

Verisimilis:idest pbabilis aut credibilis:ut docet Fab.cōtinet̄ aūt oīs ad fidē. Argumētario qbusdā circūstātiis:q̄ qdē hoc uersu scribūtur. Quis. Quid. Vbi. Quib⁹ auxiliis. Cur. Quō. Qñ.qd̄ ēt Victorinus edocet. Vbi igit̄ erūt hæc septē pbabilis erit narratio. Vt mos populi:cōsuetudo.s.ne cōtra cōsuetudinē audientiū loq̄ris:ut si apud romanos narres cōtra iustitiā:si apd̄ scythas mores barbaros rephendas. Mos aūt qd sit pprie iā patuit. Vt opinio: Si id qd̄ agim⁹ cū eor̄ opinione cōsentiat:qcūq; audiūt iudicati:itaq; ad eor̄ q audiūt opinionē accōmodabit̄.

ut natura postulat dicemus:si spacia temporũ: personarum dignitates consiliorũ rationes:locorum oportunitates constabunt:ne refelli possit:aut tẽporis parum fuisse:aut causam nullã:aut locũ idoneum non fuisse:aut homines ipsos facere aut pati nõ potuisse.

FRAN.M. Si spacia tempoꝝ.duo sunt tẽpora:alterum ut unus duo multi dies mẽsis:annis: pars ãni: alterũ oportunitas & occasio:& hoc græci:καιρον. Illud ꝑius χρονον uocant:posterius ex hoĩs actibus fit:actus aũt sunt ut bellũ:pax:Ludi:seditio. Dignitates personarũ:nõ honores & magistratus intellige dignitates. Sed ut quæq; ꝑsona digna est. Sic de ea narres:est aũt hæc circũstãtia.quis.& nisi ex ꝑsonæ loquaris dignitate:& decoro:nõ erit uerisimilis narratio:ut si Catonẽ cõmessationibus: & libidinibus deditum narres. Clemẽtem Syllam. Cæsarem uero crudelem. Consiliorũ rationes:hæc est circũstantia cur causa autem qua ad maleficiũ impellimur duplex ẽ:ratiotionatiua:& impulsiua. Sed ratiotionatiua in assecutione cõmodi est: aut euitatione incõmodi. Locorum oportunitates:hæc est circũstantia ubi:ut commodus rei agende locus fuisse uideatur: ut si in silua occisum quẽpiam narres. Nam si in foro aut plateis necatum diceres: uerisimile nõ esset in coniecturali causa: in loco enim celebri qđ fit a quo factum sit ignorati nõ põt:queritur enim locus publicus an ꝑiuatus sit sacer an ꝓphanus:pro cãæ qualitate. Ne refelli possit:merito supradictæ seruati inquit debẽt circũstantiæ:ne si prætereant:ab iis qui audiũt falsa narratio dici possit. Aut tẽporis parũ fuisse:ad spacia temporũ respicit quod in narratione orationis pro milone optime seruauit:dicens. Interim cũ sciret clodius neq; enim erat difficile scire iter solẽne:legitimũ:necessariũ:ante dicit.xiii.Kal.febr.miloni esse laminiũ ad flaminẽ prodendũ: qđ erat dictator laminii milo:roma ipse subito profectus pridie est:ut ante suũ fundũ qđ re intellectũ est:miloni insidias collocaret:tẽporis rõ habita a clodio ostẽditur:cũ pridie discessisse dicatur:nam si eodẽ die quo milo ꝓfectus est:clodiũ quoq; profectũ fuisse dixisset: parũ tẽporis ad parãdas insidias uideretur habuisse:& in oratione pro sex.roscio ameriæ dicit fuisse filium:cũ pater Romæ occiditur ad balneas palatinas rediens a cœna:ut credibile sit a filio nõ potuisse occidi:ut aduersarii dicebãt: nam sex & quinquaginta milibus passuũ ab urbe distat ameria. Aut causam nullaʒ:ad id refertur:qđ ait consiliorũ rationes:nisi.n.causa facti ostẽdatur. Vana est narratio:& minime probabilis. Cicero nõ simpliciter insidias dicit miloni clodiũ fecisse. Sed causas adiungit:qm̃ eo ãno præturam petiturus erat:quo Milo cõsulatum petebat uidebatq; fore ut manca & debilis prætura sua esset. Si Milo cõsul fieret:nec sperabat pro libidine sua rẽpu.milone cõsule & uiro:uexare nosse perdẽdi igiẽ inivit ꝯsilium:hæc cũ narrantur credibilis sine dubio narratio efficitur. Aut locũ idoneũ nõ fuisse:ad id respicit quod ait locoꝝ oportunitates quã circũstantiam in eadem orationis pro Milone narratione diligenter obseruauit Ci.dicẽs ante suum fundũ miloni insidias facturũ delituisse clodium:& ex loco superiore impetũ in eũ fecissa. Aut homines ipsos facere:aut pati nõ potuisse:ad id r̃ndet quod dixit personarũ dignitates. nam si dicas armatum ab inermi esse oppressũ:& a paupere diuitem & potẽtem superatũ minime uerũ iudicabitur. Itẽ si a lenone defensam pudicitiam:a meretrice laudatam castitatem narres. Aut unũ decem potuisse occidere:neq; publicam libertatẽ prodere crederetur cato:neq; si allus prodere tẽtauerit:pati posse. Superioribus narrãdi uirtutibus:quidã magnificentiã addiderũt:nõ nulli euergiã quã nos euidẽtiam nominamus:sed magnificẽtia in causas omnes nõ cadit Cicero non solum planam alibi breuem & credibilem uult esse narrationem:sed euidentem esse moratam & cũ dignitate:sed ut ait Quintilianus in oratione morata omnia esse debent cũ dignitate:& ea qua possunt euidẽtia. Præterea narratio quæ nihil prodest: prætereũda est. Sæpe etiam cõtingit:quod in miloniana Cicero fecit post argumẽta narrare. Sũt & pleraq; alia quæ in præceptis narrationis in rhetoricis suis de inuentione seruanda tradit Cicero.

ANTO.M. Vt natura illoꝝ uidelicet pro quibus agimus:idem ne de pudicitia agat leno de castitate meretrix. Quod si fiat:probabilis narratio non erit. Si spacia temporũ:idest quãdo An ludorum tẽpore: aut belli aut diei festi. An uindemiæ tempore uel messis. An nuptiarũ uel sacrificii uel somni tẽpore. Cõsideratur enim tempus & ãni & mẽsis & diei & noctis & uigiliæ & horæ & aliqua parte alicuius horum: De quibus quidem latius Cice.in rheto.de inuentione:ubi de cõfirmatione tractatur. Personarũ dignitates:idest decorũ:pro ut queq; digna sit ut puta: Vir castissimus nõ insidiatus est uirgini:Et auarus furtum fecit. Consiliorũ rationes:id est. Cur ut pygmalion sycheum occidit quo eius auro potiretur. Consilium autem (ut scribit Cice.lib.i.rheto.de inuẽtione) Est aliquid faciendi aut nõ faciendi uere ratio excogitata. Locorum oportunitates:idest ubi. Vt pygmalion impius ante aras sycheum obtrũcauit incautum. Locus autem consideratur in quo res gesta sit ex oportunitate quã uideatur habuisse ad negocium administrandum. Ea autem oportunitas quæritur ex magnitudine:interuallo:longinquitate propinquitate:solitudine:celebritate. Natura ipsius loci:ex uicinitate totius regionis. Id scribit Cicero lib.i.rheto. de inuentione. Ne refelli possit:uidelicet ab aduersario aut fuisse parum temporis: aut nullam cãm &c̃. Parum temporis:ad illud retulit. Si spatia temporum constabũt. Aut causam nullam: ad illud refert: Consiliorum rationes. Vt si pygmalion diceret nullam habuisse causam ut sycheum occideret. Aut locum idoneum:ad illud respondet:locorum oportunitates cõstabunt. Aut homines ipsos facere aut pati non potuisse. Vt si diceres senem baculo percussisse iuuenem ensigerum. Senex enim id minime facere potuisset: nec iuuenis tollerasset. Hæc omnia.s.Quis.Quid.ubi &c.

Si uera res erit:nihilominus hæc oīa narrādo cōseruāda sunt Nā sæpe ueritas nisi hæc seruata sint:fidē facere nō pōt.Sin erūt ficta:eo magis cōseruāda erūt . De his reb⁹ caute cōfligēdū ē:qbus ī reb⁹ tabulæ aut alicuius firma auctoritas uidebit̄ īterfuisse. Adhuc q̄ dicta sūt arbitror mihi cōstare cū cæteris artis scriptoribus:nisi qa de īsinuationib⁹ noua excogitauim⁹:qd' eā nos soli p̄ter cæteros ī tria tpa diuisimus:ut plane certā uiā:& p̄spicuā rōnē exordiorꝝ hr̄emus. Nūc qd' reliquū est:qm̄ de rerū inuētione disputandū est:in q̄ singulare cōsumitur oratoris officiū:dabimus operā:ut nihilominus industriæ q̄ rei utilitas postulabit:q̄fisse uideamur:si pri⁹ pauca de cāꝝ diuisiōe dixerim⁹.

FRAN.M. Si uera res erit cæ.obiectioni occurrit Ci.posset.n.q̄spiā dicere:nō oportet.Supradictas circūstātias in uera narratiōe seruari:& semp̄ seruādas admonet eē.nā quæ uera sūt sæpe nō credunt̄: nisi uerisimiliter narrētur:qd' si in uera narratiōe hoc faciēdum ē:q̄ro acutati⁹ fieri in ficta debet.Sinō apud Virg. rem fictā ita narrat:ut credibilis oīno eē uideat̄.primū uera admiscet:& p̄sonaꝝ: tēporꝝ locorūq: oportunitates ac cōsiliorꝝ rōnes seruat. Nā & potuit pati ipse & facere potuit ulysses Tēpus p̄terea aptū fuit nox q̄ fugeret:& locus idoneus ī quo latere:in ulua scilicet nec esse defuerūt: qbus ulysses ad ei⁹ raperet̄ p̄niciē excogitandā.Nā mortis Palamedis se ultotem fore promiserat ut merito timeret̄.Ait enī fando Aliqd &c. Siue ficta igit̄ siue est uera res uerisimilitudo custodiēda est:qd' sp̄ Ci.facit p̄sertim ī ofonib⁹ in uerrē: nō ubi cupide Et libidinose. Vel ab eo uel a ministris ei⁹ fcm̄ aliqd qd' uerū sit:narrat. nā de rubrio loquēs ea īserit qbus uera narratio: etiā uerisil'is appear.Et Quin.ait multū cōfert adiecta ueris credibilis rei imago:q̄ uelut in rē p̄ntē adducere audiētes ur̄.De his caute &c. Illud ēt aīaduertēdū esse dicit Ci. inter cætera q̄ de narratiōe p̄cipiūtur ut caute narret̄ de his reb⁹ q̄ tabulis aut firma alicuius auctoritate subnixe esse uideant̄.nā ꝯ instrā aut ꝯtra,sapientū auctoritatē ēt si uerisimiliter narraret̄:parꝝ credibilis narratio erit:cōfligendū:trāslatio a pugnātib⁹ sumpta est:q inter se cōcurrunt. Oratores.n.cū narrat̄:ueluti ad cōflictū se cū aduersario apparāt:nā qcqd narratū ē: id cōfirmēt necesse ē:qm̄ igit̄ cāæ cōflictus ex narratiōe nascit̄. Cōfligēdū eē ait:pro certādū:& cōcedēdū:caute ne si dixerim⁹ falsas eē tabulas q̄ alligent̄ ab aduersario nobis nō credat̄ si ab eo signatæ fuerint de quo magna sit existiatio: qd' si scelus aliqd' signatoris patebit:aut ignorātia:credibilit̄ dici poterit:tabulæ ār ipse sūt instra: & locus ubi instra atq: actus publici cōtinent̄:tabulariū noīat̄:de quo Virg.īsanūq: forū aut populi tabularia nouit:firma auctoritas:dictū alicui⁹ magni grauis ac sapiētis uiri uel senat⁹:quoriēs.n.ꝯtra narrat̄:nec credibilis narratio ē:nec eā æquo aīo iudices accipiūt.Nā q cognoscit:firmā eē alteri⁹ sn̄iam uult:ne si īfirmet̄ exēplū ī se recidat:possum⁹ tn̄ dicere eē aliquā dissimilitudinē cāæ nr̄æ cū ea cā uel re de q̄ añ iudicatū sit:uel decretū itercesserit:uel aliud posteri⁹ ꝯstitutū ꝯtriū priori loc⁹ tn̄ lubric⁹ ē:qd' si p̄ nob tabulæ fuerit: & alicuius firma auctoritas plurimū narrationē nr̄aꝫ credibilē efficiēt.Ci.in ofone p̄.L.archia quē gracch⁹ actor heradiēseꝫ ciuē eē negabat.adest inqr Lucull⁹:sūma religiōe & fide p̄dit⁹:q se nō opinari sꝫ scire:nō audiuisse sed uidisse nō interfuisse:sed egisse dicit.adsunt heradiēsis legati nobilissimi hoīes:q hui⁹ iudicii cā cū mādatis & publico testīonio uenerūt:q hūc ascriptū heradiēsem uolūt auctor ār ē in quo ius ē ptās:& dignitas:cui⁹ ꝯsensus uolūtas ꝯsiliū:sn̄ia auctoritas dr̄.q̄ ēt sic diffinit̄.auctoritas ē sn̄ia imitatiōe digna adhuc ne abrupt⁹ trāsit⁹ uideat̄ eē:nā ad reliq̄ accedit artis p̄cepta:breuit̄ colligit q̄ dixerit & qb⁹ de reb⁹ dictur⁹ sit:subiūgit.nihil hactenus se scripsisse dicēs:qd' sibi cū reliqs artis scriptorib⁹ nō ꝯueniat: p̄terq̄ q: noua q̄dā de īsinuatiōe excogitauit q̄ trib⁹ utēdū eē tpib⁹ admonuit:ut certā uiā & artē exordiēdi hērem⁹:& cognoscere posset orator accepta a cliēte cā:qn̄ p̄ncipio:& qn̄ insinuatiōe uti oporteret. Adhuc:hactenus. Cōstare:cōuenire. Arbitror:nō dixit aut scio aut cōpertū hēo:arrogātiā effugiēs. Scriptorib⁹:ut Aristo. Theophra.Diony.de īsinuatiōib⁹.recte īsinuatiōes dixit.nā tria accidere tpa admonuit:qbus insinuatiōe utēdū eēt p̄ter cæteros:qm̄ nullus añ nos fecerat:tm̄.n.p̄cipiebat̄ pri⁹:ut ab his q̄ læderēt ad ea q̄ iuuarēt cōfugeret̄.In tria tpa:cū turpis ē cā & a nobis auditorꝝ aīos alienat.Cū p̄suasi sūt auditores: & cū defessi. Nūc qd sit facturus ośdit.De reꝝ inuētiōe:qm̄ dixit supi⁹ iuētionē in sex instrm̄ ptib⁹ cōsumari.exordio: narratiōe diuisiōe cōfirmatiōe & ꝯfutatiōe.qd p̄ exordiū & narrationē faciēdū sit satis ośdit: nūc qūo ad ꝯfirmationē & ꝯfutationē pauca tn̄ prius de diuisiōe p̄cipiēs. Inuētio accōmodet̄ nobis tradit̄ reꝝ argumētorꝝ qbus nr̄a p̄bemus & aliena cōfirmemus. In quo oīs spes oratoris posita est.Singulare officiū:qa hoc opus hic labor est causæ tuæ utilia inuenire quæ dicas. Inuenta enim exornare haud difficile est.

ANT.M:Cōfligēdū:agēdū ꝯtēdēdū certādū. Tabulæ.i.scripta aliq̄ testimoniū p̄hibētia. Alicui⁹ firma auctoritas:ut puta:Siqs uirtute p̄stās & dignitate īterfuerit:tūc.n.cautius agēdū ē. Adhuc q̄ dcā sūt arbitror mihi cōstare cū cæteris artis scriptorib⁹.Nisi qa de insinuatōibus noua excogitauimus:q: eā nos soli p̄ter cæteros ī tria tpa diuisim⁹ &c.Hæc qdē uerba uidēt̄ ośdere rhetoricen hāc ad herēniū eē Ci.qm̄ apparet ēt in rhe.de inuētiōe Eadē diuisio īsinuatiōis ī tria tpa.p̄terea oīa fere hoc ī ope de inuētiōe apposita ab illis excepta fuere:qd' latius in p̄logo iam ośdimus. In tria tēpora:ut tūc scilicet utamur insinuatiōe: quū cā turpitudinē hēbit.Quū iudices p̄suasi eē uidebunt̄ ab aduersariis.Et quū audiēdo defessi erūt.De reꝝ inuētiōe:ꝯfirmationē & cōfutationē intelligit. Vnde paulo inferius inqt. Tota spes uincēdi ratioq: p̄suadēdi posita est in cōfirmatiōe & ꝯfutatiōe &c.Cōsumit̄: p̄ficit̄. Industriæ:curæ:opæ studii:diligētiæ.

FRAN.M,

FRAN.M. Causarum diuisio: De tertia ofonis pte nunc precipere incipit: quæ in duas partes diuisa est sciunctionē & distributionē: sciūctio est per quam quid nobis conueniat cū aduersario sic exponimus: ut quid nō cōueniat in controuersia seiungat: distributio est per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus. Quintilianus partitionem sic diffinit partitio est nostraꝶ: aut aduersarii propositionū: aut utrarūq; ordinē collata enumeratio. Perorata narratiōe finita: nā perorare finire est: unde perotario cōclusio uocatur: quid nobis cōueniat: tūc cōuenit litigatoribus īter ipsos cū uterq; coꝶ idem dicit: idē cōsentit.

De diuisione causaꝶ.

Causaꝶ diuisio in duas partes distributa est: primum perorata narratione debemus aperire: quid nobis cōueniat cum aduersariis: & quid in cōtrouersiis reliquatur: si ea quæ nobis utilia erunt conuenient hoc mō. Interfectam esse matrem ab Oreste cōuenit mihi cū aduersariis iure fecerit & licuerit ne facere id est in cōtrouersia. Item ecōtrario. Agamēnonem esse a Clytēnestra occisum cōfitent. Cū id ita sit me ulcisci parentē negāt oportuisse Deinde cū hoc fecerimus: distributiōe uti debem⁹. Ea diuiditur in duas partes enumerationē & expositionem.

Si ea quæ utilia nobis erūt: Nā si ea q̄ cōueniūt: nobis efficiāt: pretermittēda sunt: Cicero exēplū subiūgit: qd peruulgatūest: eo.n. omnes ferme artis scriptores usi sunt historia autē hoc habet Agamēnon exercitus græcorum impator ad troianum bellum profectus est: oreste filio impubere relicto & uxore clytemnestra quā Aegysto commendauit. Is ex custode adulter factus ē: cū deīde a troiano bello domū agamēnon se recipet pdere cū clytēnestra statuit: uel ꝙ timebat ne sui cū Aegysto adulteriū māifestaret: uel qa pellicē cassandrā secum ille se aducebat: reuerso igit̄ cū lauaret̄ tunicā dedit q̄ capiti & māibus exitū negabat: ea cū quasi irretitū cerneret: ab adultero adiuta: uirum occidit: Orestes cū strophio phocidis regi pyladis parēte: q forte agamēnonē salutatū uenerat: clā fugit: & ī adultā ætatē perductus domū rediit: & matrē adiutore pylade trucidauit: sed helenæ suggestionibus matricidi est ab Menelao accusat⁹: res ad Ariopagitas delata est: & illic pœne oīum iudiciū sentētiis absolut⁹ ē: atq; ēt deæ palladis. Menelaus igit̄ cū oreste accusat: qd sibi cū aduersariis cōueniat oñdit: id aūt eligit: qd cāæ suæ cōducit hoc mō. Interfectam iudices esse ab oreste matrē mihi conuenit cū aduersariis: qd̄ si idem diceret orestis a clytēnestra occisum esse patrē dicit sui: seq; illū ultū cē: Doceret hæc ptirio accusatori: itē defensor sic oñdet qd sibi cū aduersariis cōueniat dicens Agamēnonē a Clytēnestra occisum fatent̄ aduersarii hic & ipse q̄ utilia sibi cōueniāt apit: cū dicit patrē a clytēnestra uxore occisum: ego cōfiteor: sed dico ab ea patrē meū prius fuisse occisu3: cū habita fint: illud in cōtrouersia relinquit̄: licuerit ne oresti matrē in pfis ultionē occidere: nā orestes iure a se Clytēnestrā occisam dicit: qm̄ illa pfem suum neccauerit: accusator iure negat occisam: qm̄ nō oportebat indamnatā matrē a filio occidi relinquit̄: igit̄ in cōtrouersia iure ne an iniuria matrē occiderit orestes. Licuerit: cū tāta īpudentia sit: ut matrem a se iure occisam dicat: queritur iure ne fecerit: & licuerit. Itē ecōtrario &c. ex pte defensoris: uim ēt uocabulis dat cicero: accusator ab oreste matrē occisam non clytēnestram dicit. Deinde cū hoc fecerimus: cū cōueniens ab inconuenienti separauerimus. Distributione utemur: in omnibus causis in quibus conueniens ab incōuenienti separatur distributione ēt uti debemus: hoc mō horestes: negant ait aduersarii ī patris mei ultionē clytēnestrā iure a me occisam cē: ego autē his rōnib⁹ iure occisam esse oñdam: & rōnes breuiter enumerat: item in cā mutui cū dicis: nō negat aduersari⁹ me⁹ mutuo se pecunias a me accepisse: sed idē asserit redidisse: ego nego & statim distribuis dicēs tribus rōnib⁹ mihi redditas minime esse patefaciā: Cicero in ofone pro pu. Quintio cū exposuisset qd conueniret & quid in controuersia esset: statim subiunxit distributionem his uerbis negamus te bona. P. Quintii sexte neui possedisse ex edicto prætoris: in eo sponsio facta est: ostēdā primū causam nō fuisse: cur a prætore postulares: ut bona. P. Quintii possideres: deinde ex edicto te possedisse nō potuisse: postremo non possedisset: sed in quibus causis separari conueniens ab incōueniēti nō cōtingit: simplici utimur distributione: per quā totius causæ membra aperimus: ut in uerinis quadripartitā distributionē totius accusationis suæ: Tullius dixit esse de quæstura: de legatione: de p̄tura urbana: de prætura siciliensi: sed contigit ut partitio de ipsa causa nō sumatur: & ea membra ponat orator: q̄ ipse ingenio inuenit: & sibi dicēda cōstituit: nō ex negocii factis ad causam sumptis: sed argumētatione oratoris in causa collocatis: ut in diuinatione cū de pecuniis repetūdis quæstio est: & nomen cuiuspiā defert̄: nam hæc duo præcipue spectari oportet: quem accusatorē uelint: ii qui iniurias passi sunt: & quē minime uelint: ii qui iniurias fecisse accusant̄: in oratione pro sexto roscio cū unum sit crimen paricidii ac propterea unū negocium non causam partitur Cicero: sed orationem dicēdo in crimen audaciam: & potentiam criminis confectionem: accusator erutius suscepit. Audaciæ partes Roscii sibi depoposcerūt. Chrysogonus autem potentia pugnat.

De causaꝶ diuisione. Tit. xxv.

AMT.M. Causarū diuisio: Causa est negocium omnibus suis partibus spectans ad quæstionē Aut cā est negociū: cuius finis est cōtrouersia sic finit Apollodorus: ut scribit Fab. lib. iii. Diuisio. idem Cic. lib. i.

rhe. de inuentione fabius li. iiii. Partitionẽ uocant: aitq; fabius sic: Partitio est nostrarum ut aduersarii propositionum aut utrarũq; ordine collata enumeratio. Hac quidẽ utendum semper putant: ꝙ & ea fiat causa lucidior: & iudex intẽtior ac docilior si scierit & de quo dicimus: & de quo dicturi postea simus. Turpissimum uero non eodẽ ordine exequi. quo quicq; proposueris: Hæc ille. Diuisio. Victorinus sic ait. li. i. rhe. Partitio est totius causæ per partes Constitutio. Diuisio est rerũ sub partitione iacentium. Perorata: absoluta finita. In cõtrouersiis: in quæstiõibus. Dicit. n. Cicero. li. i. de inuentiõe: ꝙ quæstio est ea quæ ex cõflictione causarũ gignitur cõtrouersia: hoc modo. Nõ iure fecisti. iure feci: causarum autem est conflictio in qua constitutio constat. Ex ea igitur nascitur cõtrouersia: quã quæstionem dicimus: hoc modo. Iure ne fecerit hæc Cicero. Relictum est: scilicet debemus aperire. Iure fecerit: secundũ iura & leges scriptas. Licuerit ne facere: secundum fas: quod est ius diuinũ. Item econtrario id est si ea quæ utilia sunt nobis non conuenient cũ aduersariis. Me ulcisci parentem negant oportuisse. Id quidem utile erat Oresti patrem scilicet oportuisse ulcisci: quod aduersarii negabant. Deinde quum hoc fecerimus; idest postq̃ uiderimus quid nobis conueniat cum aduersariis: quid non conueniat.

Enumeratiõe utemur. cũ dicemus numero: quot de rebus dicturi sumus. Eam plus q̃ triũ partiũ numero contineri nõ oportet: nam & periculosum est: ne quãdo plus: minusue dicamus. & suspitionem affert auditori meditationis & artificii: quæ res fidem abrogat orationi. Expositio est cum res quibus de rebus dicturi sumus: breuiter exponimus. Nunc ad cõfirmationem transeamus.

FRAN. M. Enũeratiõe utemur: ut enũerẽtur singulæ res de qb⁹ futura est oratio: qđ Cicero fecit in oratione pro põpeo tripartita enumeratiõe usus: ait enim primũ mihi uidet̃ de genere belli: deĩde de magnitudine: tum de impatore deligendo esse dicẽdum: expositio ipsa simplex est: & sine enumeratione. Plus q̃ triũ partium: duabus probat ratiõibus expositionem plus q̃ triũ partium esse nõ debere: quoniã si pluribus uteremur: periculũ esset: ne uel aliquã dedicеremus: adderemus ue dicẽtes uel suspitionẽ artificii auditoribus faceremus: Qui crederẽt nimiũ apparatos ad dicendũ nos uenire: & magis arti q̃ ueritati cõfidere: ideoq; fidẽ nobis minime adhiberẽt: sed illos Quĩtilianus ꝓbare se nõ dicit: q uetat̃ partitionẽ ultra tres propositiones extendi. quæ sine dubio ut idẽ ait: si nimiũ sit multiplex fugiet memoriã iudicis & turbabit attentionẽ: hoc tamen numero: uelut lege nõ esse alligandam: cum possit causa plures desiderare: ipse autẽ Cicero plus trium partium usus est enumeratione: tum in aliis orationibus: tũ in sextiana cũ ait: dicam ego de omni statu. p. sexti. de genere uitæ: de natura. de moribus: de ĩcredibili amore in bonos: de studio seruandæ salutis cõmunisq; otii præceptorum: cum hæc scripsit & scolarium cõsuetudinem secutũ esse appet. Plus minusue &c. Quintilian⁹ pleraq; gratiora esse dixit si inuẽta subito sint: nec domo allata: sed interdicendũ e re ipsa nata uideant̃: & illa nõ in iocunda schemata: pœne excidit mihi: & fugerat me: & recte admones: idẽ ait fallendũ iudicem esse: & uariis artibus subeundum. Meditationis & artificii: ergo meditati causam prius & artificiose illam præparare non licet! respondetur licere qdẽ cũ præsertim id fieri debere libro de oratore ipse præcipiat Cicero: & ī libro de legibus sic dicat: ad causæ dictionem nunq̃ nisi paratus & p̃meditatus accedo: sed occulrãdũ est q̃tum fieri potest artificium: & id agẽdum ut imp̃meditatũ pœne ad dicendũ te uenire iudices credant: Tunc enim fidem tibi habebunt cum causæ tuæ bonitate confidere te arbitrabunt̃. Abrogat: minuit derogare est toti: abrogare parti. Expositio: hec est cum simpliciter exponimus: Quibus de rebus dicturi sumus. exẽpli gratia: agẽdũ est iudices in hac causa de paricidio: uel agẽdũ est de furto: uno enim prope uerbo exponitur quod dicturi simus. Breuiter & absolutæ: ut nõ plus dicamus aut min⁹ q̃ oportet: Cicero in rhetoricis de ĩuentiõe tria dicit expositionẽ habere debere: ut breuis sit: ut absoluta: ut pauca: & breuitas inquit est: cum nullum nisi necessariũ uerbum assumitur. Absolutio per quã omnia genera quæ incidũt in causaʒ amplectimur: paucitas seruatur: si genera rerũ ponatur: ueq; permixte cum partibus implicentur: ut si genus positũ est partes non ponantur: est etiam paucitatis ne plura quã satis est: demonstraturos nos esse dicamus.

ANT. M. Quum dicemus numero Exemplum erit Cicerõis pro Murena ubi ait: Intelligo iudices tres totius accusationis partes fuisse: & earũ unam in reprehensione uitæ. Alteram in cõtemptione dignitatis Tertiam in criminibus ambitus esse uersatam. Plusq̃ trium partium. Fabius lib. iiii. scribit se nõ probare illos qui partitionẽ uetant ultra tres propositiones extendere: Quæ sine dubio si nimiũ sit multiplex fugiet memoriã iudicis: & turbabit intentionẽ: hoc tamẽ numero uelut lege non est alliganda. cum possit causa plures desiderare. Breuiter exponimus: ut puta dicã non talem esse hũc qeum tueor reum: ut in eo credibile uideri possit homicidiũ. Dicam occidendi causam huic nou fuisse. Dicam hunc eo tempore quo modo occisus est trãsmare fuisse. Id est in fabio libro. iiii. Et apud Terentiũ in and. Sino sosiæ liberto ait: Breuiter & cõmode rem omnem a principio audies: Eo pacto & uitam nati & cõsilium meũ cognosces: & quid facere in hac re te uelim. Vtrq; in partitiõe exposuit itaq; primum narrauit gnati uitam &c.

FRAN. M. Tota spes uincendi. De trib⁹ oratiõis partibus iam p̃cipit: exordio: narratione: diuisione: de tertia: & quarta nunc

De confirmatione & confutatione.

t

Ota spes uincẽdi ratioq; persuadẽdi posita est in

est in confirmatione & cõfutatione. Nã cũ adiumẽta nr̃a exposuerimus: contrariaq; dissoluerimus: absolure nimirum mutius oratorium confecerimus. Vtrunq; igitur facere poterimus: si constitutionem causæ cognouerimus.

¶ De causarum constitutionibus.

Ausarum constitutiones alii quattuor fecerunt: noster doctor Hermetes tres putauit
c
esse: non ut de illorum quicq̃ detraheret inuentione: sed ut ostenderet id quod oportuisset simpliciter & singulari modo docere: illos distribuisse dupliciter & bipartito.

Licentia. hanc exornationē graeci παρρησίαν uocant: quae & si nihil minus figuratū est q̄ uera libertas: qm̄ tn̄ frequēter sub hac facie latet adulatio: ut Quint. ait: pro figura habetur. Cicero cū pro Ligario dicit. suscepto bello Caesar gesto iam ēt ex parte magna: nulla ui coactus cōsilio ac uoluntate mea ad ea arma profectus sum q̄ erant contra te sumpta: nō solū ad utilitatē ligarii respicit: sed magis laudare uictoris clementiā nō pōt. graui congruit figurae. Iudiciali generi: cōfirmationi & confutationi praecipue. & qm̄ libere loquimur ad eos quos uereri debemus. Licentia nominatur: sub qua: nisi aliq̄ latuerit adulatio i oīno figura nō erit. Vereri. in honore hr̄e ut figs in senatu loquaē. Metuere ut parētem regē. Pro iure nr̄o. ut nobis placet q̄si id facere ius nobis sit. Ii diligūt apud quos loqmur ut si de filio apud parentē: uel apud seruū de dn̄o. Miramini. Hoc exēplū in demōstratiuo genere eē uideē: populus. n. romanus reprehēdiē: & iure ab oībus deseri diciē: qm̄ suos ipse defensores semper deseruerit. Istam rem: uos defendere. Quos habueritis defensores ut sp. melium: Tiberiū & c. gracchos Liuium Drusum: Apuleiū saturninū. Qui oēs ꝙ plebē defendere: & eius augere cōmoda studuerūt: a senatorib⁹ occisi sunt. Inimicos eoꝝ. Ser. Halā. Scipionē nasicam. opimiū. Itē nam qd &c. aliud exēpluꝫ in iudiciali genere positū: iudices. n. ut forti aīo reum cōdēnent: & nihil oīno uereanē: hortari uideē q dicit: arguit aūt ꝙ primis suffragiis dānare minime ausi sunt. Hac uti orone. T. Mālii capitolini accusator potuisset: q defenso & seruato capitolio cū ī suspitionē uenisset affectati regni: accusat⁹ ē: sed lachrimās & seruatum a se capitoliū populo ondens: resq; a se gestas ꝑ salute oium cōmemorās: ita populū cōmouit: ut ferre in eius damnationē suffragia primo non potuerit. Ductus deinde iteꝝ in iudiciū: sed in eū locū unde aspici capitoliū nō poterat: dānatus est. Ampliaueritis. In diminutione & in aliis maioribus iudiciis nō singuli iudices sn̄iam dicebāt: sed uniuersi cōstituebāt: nā in cistā tabulas coniiciebāt: in sculptas lr̄is aut absolutiōis aut dānatiōis cū de alicuius capite agebaē: cū uero res ambigua erat. scribebāt. N. & L. qbus lr̄is significabāt nō liquere & hae lr̄ae ampliationis appellabanē: & ampliare est differre iudiciū. Liui⁹ lib. iiii. de posthumia ampliatā deinde absolutā ampliaueritis: ergo distuleritis: nūq̄ nō liq̄ret res. Apertissime: cū ea quae priuati hoīs nō sunt: efficeret. Cōtra. rōnes & testes. Primo coetu qū in unū prius cōuenistis. Dum eū uitastis uitupationē: ne capitolii defensorem ꝑderetis. Oscitamini: sine cura estis & nihil prouidetis. Oscitatio ut Donatus ait. est animi ociuꝫ & securitas ab oreciendo: quod frequenter somnulenti facere solent. Terentius sperantes iam amoto metu īter oscitantes opprimi. eiusmodi licentia. nūc quo pacto leniri haec licētia possit: nos docet: si nimiū hr̄e aspitatis uidebiē: & ne auditores offendat. forte uerebimur: nā multas subiūgēdas eē diciē mitigatiōes & exēplo ondit.

Licentia.

Licentia est cuꝫ apud eos quos: aut uereri: aut metuere debemus: tamē aliquid pro iure nostro dicimus quod eos minime offendāt: aut quos hi diligunt cum in aliquo errato uere reprehendi posse uideatur: hoc modo miramini quirites quod ad omnibus uestrae rationes deseruantur quod causaꝫ uestram nemo suscipiat: quod se nemo uestri defensorem profiteatur id tribuite uestrae culpae: desinite istud mirari: quod enim est quare non omnis ista rem fugere ac uitare debeat. Recordamini quos habueritis defensores studia eorum uobis ante oculos proponite: deinde omniuꝫ exitus considerate: tum uobis ueniat in mentem ut uere dicam negligentia uestra: siue ignauia potius illos omnes ante oculos uestros trucidatos esse inimicos eorum uestris suffragiis in amplissimum locum peruenisse. Item nam quid fuit iudices quare in sententiis ferundis dubitaueritis aut istum hominem nefarium ampliaueritis: non apertissime res erant crimini datae: non omnes hae testibus comprobatae: non contra tenuiter & nugatoriae responsum: hic uos ueriti estis si primo eum coetu condemnassetis ne credules existimaremini dum eā uitastis uituperationē quae longe a uobis aberat: eaꝫ inuenistis: ut timidi: atq; ignaui putaremini: maxias & priuatas & publicas calamitates accepistis: cum etiā minores impendere uideanē: sedetis & oscitamini. Nocte lucem: luce noctē expectatis aliquid quottidie acerbi: atq; incōmodi nunciatur: & eum cuius opera haec nobis accidunt. Vos remoramini diutius. & alitis atq; reipublicae ꝑniciē retinetis quoad potestis ī ciuitate. Eiusmodi licentia si nimiū uidebiē acrimoniae habere multis mitigationibus lenienē: nam cōtinuo aliquid hmōi licebit īferre. Hic ego uirtutē uestrā quaero: sapientiā desidero: ueterē consuetudinem requiro: ut quod erit cōmotum licentia: mitigetur id laude: ut altera res ab iracundia & molestia remoueat altera res ab errato deterreat. Haec res sicut in amicitia: ita in dicendo si loco

Hic uirtutem &c. dixerat superius hoc uos ueriti estis &c. quæ uerba asperitatē non modicā in se habebant. Nunc uirtutem nostrā quæro inquit &c. quibus uerbis magis laudari iudices non possunt: ex quo si quid indignati erant. mitigantur & ab errore in quē inciderāt: cōdēnare ueriti: remouent᷑. Altera mitigatio. Altera. licentia. Hæc res. ostēdit q̄tū utilitatis hæc hēat exornatio: si modeste ea utamur: efficit. n. ut qui audiunt a culpa absint: si moniti id agant: quod nō egerunt: & nos boni uiri & iustitiæ amatores uideamur. In loco. Si fit oportune. Amici ipsorum: cū eorum errores libere: ut amicos facere decet: reprehendamus. Assertores. uēdicatores & amatores; nā asserere uēdicare est: ut asserere ī libertatē uel seruitutē. Est aūt quoddaʒ. Aliud dicit esse licentiæ genus callidissimum in quo mitigatione opus nō est: cū ita reprehēdimus queadmodū itelligimus eos q audiūt uelle reprehēdi. Videmur. n. reprehendere: & maxīe laudamus. Hac licentia uti assentatores solēt. Astutiore: qm̄ reprehendere nos fingentes: nō mediocriter laudamus. Nimium quirites. exēpluʒ est eius licētiæ qua ita obiurgamus eos qui audiunt queadmodū se cupiunt obiurgari. populus. ro. alicui regi aut populo facile crediderat: a quo deceptus est. Sicuti a Iugurtha qd̄ scribit Salustius & ppterea nunc reprehendit᷑ q̄ nimiū simplex aīo sit & mansuetus: sed esse simplici animo & mansueto uirtus est: non uitiū: & laus nō uituperatio. Mihi cū isto. exēplum est licentiæ cū dicimus nos timere in quam partē accepturi auditores sint: quod tamen oēs facile auditores scimus excusat se aliqs iudicibus q̄ cū eo habuerit amicitiā q ipsos iudices oppugnabat & per eas factū dicit. ut illi postea inimicus fieret hoc est quod facile scit oēs audituros: & tamē timere simulat se in quā partem accepturi sint. Ergo hæc exornatio. cōcludit & ambas licentiæ species de quibus dixit: breuissime repetit.



Iminutio λιτοτης græce uocat᷑: qua utimur cū arrogātiæ uitādæ cā plus dicimus & minus significamus. Adhibet᷑ oībus generibus: Mediocri dūtaxat figuræ narrationi cōfirmationi. reprehēsioni. Natura. ut robur ingeniū. Fortuna. ut diuitias dignitates. Industria. ut scīa alicuius rei. Nā pro meo &c. exēplū est qd̄ scipioni cōuenisset: cū cōsultabat᷑ quis in Africam mittēdus eēt: modeste. n. sic locutus esset: si mitti ipse optasset. Itē utrū. aliud exemplū in iudiciali genere. is defenditur qui auaritiæ causa furtum fecisse accusabat᷑ & neq̄ auaritiæ neq̄ egestatis cā fecisse ostēdit᷑. Nam hmōi res. egregia cōmoda. Quare. queādmodum inquit in uiuendo uitat᷑ inuidia. sic & in dicendo. Vitatur aūt in uiuēdo inuidia: si moderate diues suis utat᷑ diuitiis. Cōsilio cōsulte. Nā si imodeste loquamur. de nr̄is bonis tā & si uera dicamus: īuidiā cōtrahimus. Turpe. n. est aliquid de se ipso prædicare.

sit maxime facit; ut & illi qui audient a culpa absint: & nos qui dicimus amici eorum: & ueritatis esse uideamur. Est autem quoddā genus licentiæ dicēdo q̄d astuta cōparatione cōparat᷑: cū aut ita obiurgamus eos qui audiunt q̄uo ipsi se cupiunt obiurgari: aut id q̄d facimus facile oēs auditores: dicimus nos timere q̄uo accipiāt: sed tñ ueritate cōmoueri ut nihil secius dicamus horum amborum generum exēpla dicemus. Prioris hmōi nimium Quirites ais estis simplicibus: & māsuetis: nimiuʒ creditis unicuiq̄ existimatis unūquēq̄ eniti: ut pficiat p q̄ uobis pollicitus sit: erratis & frustra falsa sæpe iādiu detinemini stultitia uestra: qa q̄d erat ī uestra ptāte ab aliis petere: q̄ ipsi sumere maluistis. Posterioris licētiæ hoc erit exēplū: mihi iudices fuit amicitia cū isto: sʒ ista amicitia tametsi uereor q̄uo accepturi sitis tñ dicā: uos me priuastis: qd ita: ut qa ut uobis essem pbatus eum q uos oppugnabat inimicū q̄ amicū habere malui: ergo hæc exornatio cui licētiæ nomē est sicuti demōstrabimus duplici rōne tractabit᷑ acrimonia: quæ si nimiū fuerit aspera mitigabit᷑ laude: & a similitudine de qua supius diximus: q̄ nō indiget mittigatiōis; ppterea q̄d imitat᷑ licentiaʒ & sua spōte ad aīum auditoris se accōmodat.

Diminutio.

Iminutio ē cū aliqd esse ī nobis: aut ī his quos

d

defendim⁹: aut natura: aut fortuna: aut idustria dicemus egregiuʒ q̄d ne qua significet᷑ arrogās ostentatio: diminuit᷑; & attenuat᷑ orōne hoc mō. nam hoc pro meo iure iudices dico me labore & idustria curasse: ut disciplinā militarem nō in postremis tenerem. Hic si qs dixisset: ut optīe tenereʒ: tametsi uere dixisset: tñ arrogās uisus esset: nunc & ad īuidiam uitādaʒ: & ad laudeʒ cōparādā satis dictū est. Itē igit᷑ utrū auaritiæ cā aut egestatis accessit ad maleficiū auaritiæ: at largissim⁹ fuit in amicos quod signū liberalitatis est quæ cōtraria auaritiæ est: egestatis at huic qdē patet nolo nimiū dicere nō tenuissimū patrimoniū reliqt. Hic quoq̄ uitatum est: ne magnum: aut maximū diceret᷑. hoc igit᷑ in nostris: aut eorum quos defendemus egregiis cōmodis proferundis obseruabimus. nam & eiusmodi res: & inuidiam contrahunt in uita: & odium in oratione si cōsiderate tractes. Quare quemadmoduʒ rōne in uiuendo fugitur inuidia sic in dicendo consilio uitatur odiū.

¶ Descriptio.

D Escriptio noiat̃ q̃ rerũ cõsequẽtiũ cõtinet ꝑspi
cuã: & dilucidã cũ grauitate expõnez hoc mõ:
q̃ si istũ iudices uestris sententiis liberaueritis
statim sicut e cauea leo missus. aut aliqua teterrima bel
ua soluta ex catenis uolutabit & uagabit̃ i foro acuẽs
multos dẽtes: i cuiusq; fortunas in omnes amicos atq;
inimicos notos: atq; ignotos icursans: alioꝝ famã de/
peculans: alioꝝ caput oppugnãs: alioꝝ domũ ac oẽm
familiã ꝑfringens. remp. funditus labefactans. Quare
iudices eiicite eũ de ciuitate liberare omnes formidine.
uobis deniq; ipsis cõsulite. nã si istũ ipunitũ dimiseritis
in uosmet ipsos mihi credite: ferã & truculentaz bestiã
iudices imiseritis. itez si de hoc iudices grauem sniam
tuleritis uno iudicio simul multos uigilaueritis. gran/
dis natu parens: cui᷒ spes senectutis oĩs i hui᷒ adolescẽ
tia posita est: q̃re uelit in uita manere nõ hẽbit: filii ꝓpui
priuati pr̃is auxilio ludibrio & despectui pr̃nis inimicis
erũt oppositi: tota domus hui᷒ idigna cõcidet calamita
te: inimici stati sanguinolẽta palma crudelissima uicto
ria potiti isultabũt: i hoꝝ miserias & supbire sit̃ & uer/
bis iuehent̃. Itẽ nã neminẽ uestrũ fugit q̃rites capta ur
be q̃ miseriæ cõseq soleãt: arma q cõtra tulerũt: stati cru
delissime trucidant̃. cæteri q pñt p ætatem & uires la/
borez ferre: rapiunt̃ i seruitutẽ: q nõ pñt uita priuant̃:
uno deniq; atq; eodez tp̃e domus hostili flagrabit icẽ/
dio: & quos natura: aut uolũtas necessitudie: beniuolẽ
tia cõiunxit distrahunt̃: ꝑti liberi e gremiis parentũ di/
ripiunt̃: ꝑti i sinu iugulant̃: ꝑtim an̄ ædes cõstuprant̃:
nem o iudices est q possit satis rem cõseq uerbis nec re/
ferre orõne magnitudinẽ calamitatis. Hoc genere exor
nationis. uel idignatio: uel misericordia põt cõmoue/
rit: cum res cõsequentes cõprehensæ uniuersæ ꝑspicua
breuiter exprimuntur oratione.

¶ Diuisio.

Iuisio ẽ q̃ rẽ semouẽs a re utrãq; absoluit rõne
d subiecta hoc mõ: cur ego nũc tibi obiiciã q̃cq̃: si
ꝓbus es nõ meruisti: si iprob᷒ nõ cõmoue. Itẽ
qd nũc ego de meis ꝓpriis meritis ꝓdicẽ: si meministis
obtũdã si obliti estis cũ re nihil legerim: qd est q̃ uer/
bis ꝑficere possim. Itẽ duæ res sunt q̃ pñt hoies ad tur
pe cõpendiũ cõmouere: inopia: atq; auaritia te auarũ in
fraterna diuisiõe cognouimus: inopẽ: atq; egentẽ nũc
uidemus: q põt igitur oñdere cãm maleficii nõ fuisse
iter hãc diuisionẽ & illã: q̃ de ꝑtib᷒ orõnis. tertia ẽ: de q̃
in lib. i. dixim᷒ secũdũ narrationẽ hoc iterest: illa diuidit
ꝑ enũerationẽ: q̃bus de reb᷒ totã orõnẽ disputatio fu/
tura sit: hæc se stati explicat. & breui duabus: aut plu/
ribus partibus subiiciens rõnes exornat orationem.



Escriptio. Hæc exornatio ὑποτύπωσις a græcis uocat̃ ꝑ quã
nõ solũ q̃ futura imaginamur
ut ait Ci. sed ẽt q̃ facta sũt: aut
fiũt: ut Quint. placet. Habet aliq̃d mani/
festũ: nõ. n. narrari res: sed argui uidet̃. De
scriptio uocat̃ qm̃ idignitas rei futura de
scribit̃: & aut misericordia ꝑ cõmemora/
tionẽ calamitatis rei aut idignatio ꝑ exa
gerationẽ crimis mouet̃. Conuenit iudi
ciali gñi ꝓcipue. graui figuræ. cõfuratiõi
rephẽsioni: & cõclusioni. Cõsequẽtiũ q̃s
cõsecuturas dicim᷒. Quod si istũ. exẽplũ
ẽ ꝑ exaggerationẽ: quo iudices mouent̃
ne reũ absoluãt. qm̃ i oẽs ueluti leo emis/
sus e cauea ĩpetũ factur᷒ sit. q. n. uincti in
carcere detinent̃: soluti multo fieri sæuio
res soleat l. T. Mãliũ capi. dici hæc potuis
sent. cauea locus ẽ ubi aues: ul' feræ cõclu
dunt̃. Depeculat᷒. dilacerãs. Nã si istũ.
Aliud exẽplũ ꝑ metũ iniectionẽ. Sæpe ãt
iudicib᷒ ut Quint. ait. met᷒ iniiciẽdũ est.
Itẽ nã si de hoc &c. exẽplũ est ꝑ cõmisera
tionẽ. Sæpe hmõi exornatiõe utit̃ Ci. ut i
orõne p. L. flacco: ꝑ Milone. pro fonteio
ubi q̃ futura multoꝝ sint icõmoda si dã/
natus reus fuerit sic describũt: ut q̃si depi
cta oculis subiiciãt̃. Itẽ nã neminẽ. aliud
exẽplũ est quo res depingit̃: quẽadmodũ
fieri cõsueuit. Est aũt ꝑ exaggerationẽ cri
minis. hæc i Catilinã: & reliquos dici cõ/
iuratos potuissent. qui si nefaria iplessent
cõsilia: hæc secuta esset urbis, calamitas.
Syllan᷒ apud Salustiũ hac utit̃ exornatio
ne. Hoc genere. uis exprimit̃ exornatiõis.
Iuisio. Διαλυμα a græcis noiat̃.
d cõstat duab᷒ ꝑtibus. ab utraq; cõ
cludit cõplexionẽ alibi uocat Ci.
alibi duplicẽ cõclusionẽ. cõuenit
tribus figuris: trib᷒ generib᷒: cõfirmatio
ni & cõfutationi. Cur ego. exẽplũ ẽ quo
oñdit̃ nihil amico admonitionẽ ꝑfutu/
ram esse: & ab ea abstinere satius eẽ. Hoc
mõ. aut amicus tuus quẽ mouere uis ꝓ/
bus est aut iprobus: si iprobus nõ est: cur
q̃cq̃ obiicias: ꝓui. n. faciet si uero ꝓbus ẽ:
nõ meret̃ rephẽsionẽ in argumẽtatiõib᷒
hac utimur exornatiõe. ut lib. ii. dictũ est.
Quid ego nũc. aliud exẽplũ quo q̃spiã
merita sua nõ esse cõmemoranda oñdit:
aut enĩ inq̃t merita mea meministis: aut
nõ: si meministis cõmemorãs uos obtũ/
dam: si nõ meministis: nihil eoꝝ ꝑficiam
cõmemoratione. Quãdo re nihil ꝑfeci.
Itẽ duæ res &c. exẽplũ ẽ in iudiciali gñe
positũ. oñdit autẽ eũ q accusat̃ inopia &
auaritia ad maleficiũ esse cõpulsũ. Inter
hanc &c. qm̃ hæc exornatio & tertia orõ
nis ꝑs eiusdẽ sunt nois: ne ea res cuiq̃ du
bitationẽ faciat. q̃d iter se differãt oñdit.

F Requentatio. Hæc exornatio συναθροισμος græce dicitur frequentatio a nostris uocatur. quoniã multa p cã q̃ p totã orationẽ sparsa fuerant: colligimus. & breuiter coaceruata in uno loco dicimus. Cõuenit oĩbus figuris: sed pcipue graui. cõuenit oĩbus generibus: sed in primis iudiciali: & cõiecturali materiæ. In cõfirmatiõe & reprehensione nõnunq̃ & in conclusione tractat: sed di spari rõne: nã illic augendi criminis causa. hic uero admonẽdi in cõfirmatione præterea & reprehẽsione oĩa argumẽta q̃ in tota fuerãt orone: breuiter in uno loco colligunt. in cõclusiõe ea tñ: q̃ ualidissima sũt.

A quo tandẽ. Post cõfirmationẽ & confutationẽ hæc dicta itelligimus. nã p epilogũ oĩa diffuse pri⁹ tractata in unũ locũ cogunt. Quod crimis augẽdi cã fit. clodi us sic inuadi potuisset. Suæ pudicitiæ. qm se ipm pstrauit corruptoribus: aut filias uel sorores uiolauit sicut clodi⁹ q nõ pluris fecit tris sorores: q̃ bonã deã. Insidiator alienæ. Sicuti tũc cũ domũ cæsaris põtificis maximi: ubi bonæ deæ sacra celebrabant sub mulieris hitu igressus ẽ: ut Põpeiã cæsaris uxorẽ uiolaret. Cupidus. auarus. Hæc oĩa q̃ breuiter obiiciuntur lõga orone in aduersariũ dicta prius itelligimus q̃ nũc repetunt. Eiusdẽ generis. Dicit oratorẽ sæpe i cõiecturalib⁹ cãis ea uti frequẽtatiõe: ut eas res q̃ sepatim ifirmæ erãt: colligat in unã locũ: qd' cũ fit nõ dubia res q̃ de agit: sed certa & manifesta uidet. Nolite igit iudices. exẽplũ est quo rõnes illæ colligunt: q̃ sepatim erãt Infirmæ coniunctæ uero cãm nostrã nõ mediocriter adiuuãt. in eũ hæc dicunt: a quo hoiem occisũ3 coniecturis pbamus Si modũ cã dnplex ẽ: ipulsiua & rõcinatiua. Hæc rõnẽ habet cõsequẽdi cõmodi uel uitãdi incõmodi. Vita turpissima. cõiectura ex attributo psonæ qd est uita. oĩa scelera cõmisisse creditur qui male uiuere cõsueuit. Animus auarus. cã impulsiua & coniectura ab affectu. nam auaritia est affectus animi hoiẽ3 ad maleficiũ impellẽs. Fortunæ familiares. argumẽtum a fortuna fecit quoniã pauper dita ri aũt inde sperabit. Et res ista. Hæc oĩa libro secũdo tractata sunt: nam tempus locus in coniecturis quærunt. sunt aute3 cõiecturæ quis. qd ubi qbus auxiliis. cur q̃ õ quando. Hæc partim &c. de argumẽtis nũc agit in artificialib⁹ quæ ατεχνα uocantur: hæc sunt a testibus contra testes a q̃stionib⁹ cõtra quæstiones a rumoribus cõtra rumores. Vehemẽs &c. uim exprimit exornationis: simul & qbus generibus adhibeatur non obscure oñdit.

E Xpolitio. Hæc exornatio ταυτολογια græce uocatur. na3 aut idẽ dicimus aut de eodem. idem dicimus cum non diuersa dicimus: de eode3 dicimus cũ idẽ per diuersa exprimimus. ide3 dicit Virgi. Quem si fata uirum seruant: si uescitur aura Aetherea: nec adhuc crudelib⁹ occubat umbris. de eodẽ uero sed diuersẽ idẽ

Frequentatio.

F Requentatio ẽ cũ res i tota cã dispsæ cogunt unũ in locũ quò grauior: aut acrior: aut criminosior orõ sit hoc pacto. A quo tandem abest iste uitio: qd est cur iudicio eũ uelitis liberare. Suæ pudicitiæ pditor est: isidiator alienæ cupidus itẽperãs petulãs: supbus: ipius: i parentes igratus: i amicos infestus: in cognatos: in supiores cõtumax: i æquos & pares fastidiosus: i iferiores crudelis deniq; i oẽs itolerabilis: Eiusdẽ generis illa frequẽtatio q̃ plurimũ cõiecturalibus cãis opitulat: cũ suspitiões q̃ sepati distinctæ: iminutæ: & ifirmæ erãt unũ i locu3 coactæ: rem uident pspicuam facere nõ suspitiosa3 hoc pacto. Nolite igit nolite iudices ea q̃ dixi sepati spectare: sed oĩa colligite & cõferte i unũ. Si & cõmodũ ad istum ex morte illius ueniebat: & uita est turpissima hoĩs aĩus auarissimus fortunæ familiares attenuatissimæ: & res ista nemini bono præter istũ fuit: neq; aliis iste cõmodiorib⁹ rõnibus facere potuit: neq; præteritu3 est ab isto quicq̃ qd' opus fuerat: neq; factu3 q̃d opus nõ fuit ad maleficiũ: & tum locus idoneus: maxĩe tũ occasio aggrediẽdi cõmoda: tẽpus adeundi oportunissimũ: spatiũ cõficiẽdi lõgissimũ sumptũ est nõ sine occultãdi: & pficiendi spe maleficii maxĩa: & pterea añq̃ occisus hõ is est iste uisus est i eo loco i quo est occisio facta solus Paulopost i ipso maleficio uox illi⁹ q occidebat audita est. deinde post occisionẽ istũ multa nocte domum rediisse cõstat postea die titubãter: & incõstanter de occisione illius loquutu3. Hæc partim testimoniis: ptim q̃stionibus: & argumentis oĩa cõptobant: & rumore populi que3 ex argumentis natum necesse est esse uerũ. Vestrũ iudices est his locis in unum collocatis certã sumere sententiã: nõ suspitionem maleficii Nam unu3 aliqd aut alterũ põt in istũ casu cecidisse suspiciose: ut oĩa iter se a primo ad postremũ cõueniãt maleficia: necesse est casu nõ posse fieri. Vehemẽs est hæc exornatio: & i cõiecturali cõstõne causæ fermæ semp necessaria: & in cæteris generibus cãrum: & in oĩ orone adhibenda nõnunq̃.

Expolitio.

E Xpolitio est cum in eodem loco manemus: & aliud atq; aliud dicere uidemur. Dupliciter aũt fit si aut eandem plane dicemus rem:

aut de ea re. Eandē rem dicemus nō eodem mō. nam id obtundere auditorem eſt: non rem expolire: ſed cōmutare debemus: cōmutabimus tripliciter. uerbis pronūciando: tractando: uerbis cōmutabimus cum res ſemel dicta iterū aut ſæpius aliis uerbis quæ idem ualeant eadem res proferetur hoc modo. Nullū tantum eſt periculum quod ſapiens pro ſalute patriæ uitandum arbitretur. Cum augetur incolumitas perpetua ciuitatis qui bonis erit rationibus pditus: profecto nullum diſcrimen uitæ ſibi pro fortunis reipu. fugiendum putabit: & erit in ea ſententia ſemper ut pro patria ſtudioſe quāuis in magnam deſcendat uitæ dimicationē. Pronūciando cōmutabimus: ſi tum in ſermone: tum ī acrimonia: tum in alio atq; alio genere uocis: atq; geſtus eadē uerba cōmutando pronunciatione: uehementius quoq; cōmutauerimus: hoc neq; cōmodiſſime ſcribe poteſt: neq; par; eſt apertum: quare nō eget exempli. Tertiū genus eſt cōmutationis quod tractando cōficitur: ſi ſentētia; traiiciamus: aut ad ſermocinationem: aut exuſcitatione;. Sermocinatio eſt de qua plenius paulopoſt ſuo loco dicemus: nūc breuiter quod ad hanc rem ſatis ſit attingemus in qua conſtituetur alicuius perſonæ oratio accōmodata ad dignitate; hoc modo: ut quo facilius res cognoſci poſſit ne ab eadem ſentētia diſcedamus. Sapiens omnia reipub. cauſa ſuſcipiendi pericula putabit: ſæpe ipſe ſecum loquitur non mihi ſoli: ſed etiā atq; adeo multo poti⁹ natus ſum patriæ: uita quæ fato debetur ſaluti patriæ potiſſimū ſoluať. Aluit hæc me tute atq; honeſte produxit uſq; ad hanc ætatem: minuit meas rationes bonis legibus: optimis moribus: honeſtiſſimis diſciplinis: quid eſt quod a me ſatis ei pſolui poſſit: unde hæc accepta ſunt: hæc loquetur ſecum ſapiens: ſæpe ego in periculis reipu. nullū ipſe periculū fugi. Item mutatur res tractando ſi traducitur ad exuſcitationem: cum & nos cōmoti dicere uideamur: & auditoris animū cōmouemus ſic. Quid eſt tam tenui cogitatiōe præditus cuius animus tantis anguſtiis inuidiæ continetur: qui nō hunc hominem ſtudioſiſſime laudet: & ſapientiſſimum iudicet: qui pro ſalute patriæ pro incolumitate ciuitatis pro reipublicæ fortunis: quāuis magnum atq; atrox periculum ſtudioſe ſuſcipiat: & libēter ſubeat equidem hunc hominem magis cupio ſatis laudare quā poſſum. Idemq; hoc certo ſcio uobis omnibus uſu uenire. Eadem res igitur his tribus in dicendo cōmutabitur rebus uerbis pronunciādo: tractādo: ſed tractando dupliciter: ſermocinatione: & exuſcitatione: ſed de

poeta ait. Rex erat æneas nobis quo iuſtior alter Nec pietate fuit: nec bello maior & armis. ideſt qui iuſtitia: qui pietate: qui bello pollebat. In omni utimur figura: ſed præcipue in graui. In omni genere: in confirmatione: & repræhenſione. In eodem loco. Quantum ad ipſas ſentētias attinet: quæ nō mutantur. Aliud quantū ad uerba pertinet quæ uariantur. Nam res eadem diuerſo modo: & diuerſis exprimiť uerbis. Eandem rem &c. ſimpliciter eandem rem pluribus uerbis tractamus: ut Quem ſi fata uirum ſeruant &c. De eadem re. Complures in una re fiunt cōmutationes: ut Rex erat æneas nobis &c. Nō eodē modo ut Quē ſi fata uirū ſeruant &c. diuerſa ſunt omnia unum tamē ſignificat: hoc eſt ſi uiuit. Nullum tātum &c. Exemplum eſt: cum eadem res uerbis cōmutatur. Eſt autem in genere deliberatiuo. ſuadetur uiro ſapienti ut nullum pro ſalute patriæ effugiat periculum.

Cum augetur. idem eſt cū ſupiore: ſi rem attēdas. Bonis rationibus. ſapiēs. Et erit. idem & hoc erit inquit. Pronunciando cōmutabimus. Quomodo pronūciando cōmutatio fiat: exemplo dicit oſtendi nō poſſe. Quoniā pronūciatio ipſa nō in ſcriptura: ſed in uoce conſiſtit. Cum modo humili: modo ſublimi: mō remiſſa uoce utimur.

In ſermone. Qui humili & mediocri conuenit figuræ: & remiſſam uocem poſtulat.

Acrimonia. qua ī graui figura utimur: uocem autem exigit intēſam. Tertium. poſſumus eādem rem inquit dicere etiam per ſermocinationem: cum aliquem ſecūdum dignitatem loquētem facimus: aut per exuſcitationem: cum & cōmoti nos dicimus: & auditorē cōmouemus. Traiiciemus. traducemus. Ad ſermocinationem. ut aliqd̓ tractantes negocium: perſona ad quā pertinet: pro dignitate loquentem inducamus.

Ab eadem ſentētia &c. quæ eſt nullu; tantum &c. Non mihi ſoli. Platonis ſententia eſt. Vita quæ fato debeť. Triplex mors eſt ut ueterib⁹ placuit. fatalis. naturalis. fortuita. fatalis ſtatuta cuiq; ē: & pteriri a quoq̄ nō poteſt: de qua Virgilius. Stat ſua cuiq; dies. Hæc tribus ſaturni curſibus cōficitur: hoc eſt nonaginta annis. Naturalis accidit ſenectute confectis paulatim deficientibus humoribus. Hæc ad centeſimū & uigeſimū porrigi annum poteſt fortuita eorum eſt: qui occiduntur uel ſe ipſos perimūt. de hoc Virgi. ſed miſera ante diem. Cicero contra Antonium philippica prima. ſi quid mihi humanitus accidit: uidentur enim multa impendere: præter naturam & fatum. Nam humanus eſt caſus: ideſt in humanis uerſatur. Hoc multo ante Demoſthenes dixerat in oratione περιστφανουομτοσγουευ

ειπω μυζοι μηδυ Υι Υιπ δ μ τουτω αμαι/ μηνω καιτοι αυτοματον δ αναστονιπι/ μενα. Item mutatur.nūc ostēdit quomo/ do fieri tractando expolitio possit:per excu sationem hoc est cōmotionem: & audito/ rum:& nostri. Cū ita pronūciamus ut nos cōmoti uideamur:& auditorum animi cō moueātur. Quis est &c.exemplū est expoli tionis per excusationē:quæ maximæ pro/ nūciando fit:est autem idem cum superio/ re materia. Quis est .interrogationi quæ/ dam inest acrimonia quæ excusationi cōue nit. Tam tenui cogitatione:tam parū co gitatis & existimas hominū merita. Eadem res.repetit quæ dixit. Sed de eadē re.hac/ nus dixit quo pacto eādem rē expolite pos/ simus:nūc ostēdit quomodo nō eādem rē: sed de eadem re dicimus: & plurib⁹ utimur cōmutationibus. Admonet autē recte nos de eadem re dicētes uti posse quinque parti ta argumētatiōe de qua libro secūdo dictū est contrario item. Simili:& exemplo:ac cō clusione:& sic uarie tractatam expolitionē uehemēter ornatam fore. Simpliciter. per propositionē quæ rem simpliciter propo/ nit & pronūciat. Poterimus.ostendit pos/ se nos rationem relinquere si uoluerimus: & necessaria nō fuerit. Deinde duplicem. Hoc est ipsam rationem simplici uel dupli/ ci ratione confirmare poterimus:significat autem rationis confirmationem quæ pars propositionis tertia est. Deinde afferre cō/ trarium:quartam partē argumentationis quæ constat ex contrariis:similibus: exem/ plis:cōtrarium exornatio uerbi est:cū uer/ ba uerbis cōtraria ponūtur ut in bello pa/ cem:in pace bellū querit as:simile.& exem/ plum exornationis sentētiæ sunt. Libro q̄ opus fuit hoc est secundo:ubi ostensum est quot modis fiat cōclusio ultima orationis pars septem partibus ut primo loco fit pro positio.secūdo ratio.tertio sentētia simplex aut duplex.quarto cōtratium.quinto simi/ le.sexto exemplū.septimo cōclusio. Ideo q̄ ratio & ea quidem satis efficax. Accidit enī sæpe ut qui nō uult pro repub.mori: cū re/ pub.pereat. Et quoniam.snīa duplex.f.cū rationibus:& sine rationibus prior senten tia sine ratione est. Ergo qui fugiunt.sen/ tentia est cū ratione. At qui.alia sententia duplex. Etenim exornatio est percōtrariū. cogit.& rogat.reddere & nō reddere:interi/ re uiuere ꝯtraria sunt.item adire & nolle ue nire. Itaq; ut &c.a simili est exornatio. Q đ mihi uidetur Decius. Ab exemplo exornat. Tres fuerunt Decii:qui uariis temporibus pro reipu.salute se deuouerunt. pater filius nepos.pater bello latino.filium bello gal/ lico.nepos bello contra Pyrrhum epirota/ rum regē; se deuouit. Pro legionibus.pro

eadem re cum dicemus pluribus utemur cōmutatio nibus:nam cū rem simpliciter pronūciauerimus: ra/ tione poterimus subiicere. Deīde duplicem:uel sine rationibus pronūciare sentētiam. Deinde afferre con trarium:de quibus oībus diximus in uerborū exor/ nationibus. Deinde simile:& exemplū de quo suo lo co plura dicemus Deinde cōclusionem de qua in se/ cūdo libro quæ opus fuerunt diximus demonstran/ tes argumētationem queādmodū cōcludere oporte/ teat in hoc libro docuimus cuiusmodi esset exorna/ tio uerbi:cui cōclusioni nomē est. Ergo huiusmodi uehemēter ornata poterit esse expolitio:quæ consta/ bit ex frequētibus exornationibus uerborum & sen tentiarum:hoc modo. Igitur septem partibus tracta bitur:sed ab eiusdem sentētiæ nō recedamus exēplo: ut scire poscis q̄ facile præceptione rhetoricæ res sim/ plex multiplici ratione tractetur. Sapiens nullū pro repu.periculum uitabit ideo quod sæpe fit:ut cū rep/ perire noluerit necessario cu; repu.pereat: & quoniā sunt omnia cōmoda a patria accepta:nullu; incōmo dum pro patria graue putandū est:ergo qui fugiunt id periculum quod pro repu.subeūdum est stulte fa/ ciunt.nam neq; effugere id possunt:& ingrati in ciui tate reperiuntur. At qui patriæ pericula suo periculo expellunt:hi sapientes putādi sunt:cum & eum quē debent honorem reipu.reddunt:& pro multis peri/ re malunt quā cū multis. Etenim uehemēter est ini/ quum uitam quā a natura acceptam propter patria; conseruaueris naturæ:cum cogat reddere patriæ: cu; roget nō dare. Et cum possis cum summa uirtute: & honore pro patria interire malle per dedecus & igna uiam uiuere:pro amicis & parentibus:& cæteris ne/ cessariis adire periculū uelis pro repub.in qua & hoc & illud sanctissimū nomen patriæ cōtinetur nolle in discrimine uenire. Itaq; uti contemnēdus est iste qui in naufragio nauim quā se mauult incolumen: ita ui tuperādus qui in rempub.discrimini suo plusquā sa/ luti cōmuni consulit. Naue fracta multi incolumes fuerunt:ex naufragio patriæ saluus nemo potest ena tare. Quod mihi bene uidetur. Decius ītellexisse quī se deuouisse dicitur:& pro legionibus se'in hostes im misisse medios:unde amisit uitam:& nō perdidit. Re enim uilissima & parua maximā redemit: uitam de/ dit:accepit patriam:amisit animam:potius est gloria quæ cū summa laude prodita uetustati quottidie ma gis enitescit:quod si pro repub.debere accedere ad pe riculum:& demonstratū est:& exemplo comproba/ tum:hi sapiētes sunt existimandi:qui nullu; pro sa/

salute legionum. Iuuena. Plebeiæ deciorum animæ plebeia fuerunt pectora: pro totis legionibus: ii tamẽ te pro omnibus auxiliis atq3 omni pube lãtina sufficiunt diis infernis terræq3 parenti. Amisit. differt inter amittere & perdere. Nam amittimus quãdo recuperantur. perdimus cum ita amittimus: ut recuperare nõ possimus. similis differẽtia est inter perire & interire. Nam perit qui totus nõ deletur: & Plautus ait ĩ captiuis duobus. Non interit qui per uirtutẽ perit. Pro re uilissima. pro hac fragili uita & caduca. Rem maximam: nominibus æternitatem. Quod pro repub. Conclusio est superioris argumẽtationis breui-

lute patriæ periculu3 uitant. In his igitur generibus expolitio uersatur: de qua producti sumus: ut plura diceremus quod non modo cum causam dicimus: adiuuat & exornat orationem: sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare cõueniet extra causam in exercendo rationes adhibere expolitionis in dicendo uti cum exornabimus argumentationem: de qua re diximus in libro secũdo.

¶ Cõmoratio.

Commoratio est cu3 in loco firmissimo: quo tota causa cõtinetur manetur diutius: & eodem sæpius reditur: hac uti maxime conuenit: & id est oratoris boni maxime proprium. nõ eni3 datur auditori potestas animũ de re firmissima dimouendi. huic exemplum satis idoneum subiici non potuit: propterea quod hic locus non est a tota causa separatus: sic ut membrum aliquod: sed tãquã sanguis profusus est per totum corpus orationis.

¶ Contentio.

Contentio est per quã contraria referuntur: ea est in uerbõru3 exornationibus: ut ante docuimus eiusmodi. Inimicis te placabilẽ: amicis inexorabilem præbes. In sententiarum huiusmodi: uos huius incõmodis lugetis: iste reipub. calamitate lætatur: uos uestris fortunis diffiditis. Iste solus suis eo magis confidit. Inter hæc duo contentionum genera hoc interest. Illud ex uerbis celeriter relatis constat: hic sententiæ contrariæ ex comparatione referantur oportet.

¶ Similitudo.

Similitudo est oratio traducens ad rem quãpiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi causa: aut probãdi aut apertius dicendi: aut ante oculos ponẽdi: quomodo quatuor de causis sumitur: ita quatuor modis dicitur per contrarium. per negationem. per collationem. per breuitatem. Ad unamquãq3 sumendæ causam similitudinis accõmodabimus singulos modos pronunciandi. Ornandi causa sumitur per contrarium sic. non enim queãdmodum in palestra: qui thedas ardentes accipit celerior est in cursu continuo q̃ ille qui tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitum q̃ ille qui decedit: propterea quod defatigatus cursu in-

ter omnia quæ dicta sunt colligit. In his igitur generibus. Cur multa de hac exornatione dixerit: nũc declarat: simul & quid utilitatis afferat: ostendit. Cum nõ solum causas exornari per eam dicit: sed ad elocutionis facultatem cõferre in exercẽdo. in declamationibus. In dicẽdo. in ueris causis.

c Ommoratio. Hæc exornatio ἐπιμονὴ græce uocatur. Cõmoratio a nobis dicitur: quoniã in eade3 re & sententia imoramur: eam sæpius: eam repetimus. In graui præcipue figura utimur. In cõfirmatione & confutatione. exemplũ Cicero ipse nõ subiicit: & cur nõ subiiciat ostẽdit. Virg. georgicorũ libro primo hac utitur exornatione. cum unũ quod utilissimũ ad agriculturã iudicauit: sæpius repetit: ut scilicet agri fieret ĩtermissio & alterius coleretur. ait enim alterius idem constas cessare nouales. & signẽ patiere situ durescere campum: & paupost idem repetit: sed tamen alterius facilis labor. Cicero in Catilinam: in Verrem & in Antonium dicẽs hoc cõmoratione sæpe usus cognoscitur.

c Ontẽtio ἀντίθετον græce dicitur: cũ contrariis partibus oratio conficitur uerbi: cum uero sententiæ sententiis ex comparatione contrariæ sunt sentẽtiæ exornatio est in graui utimur figura. In omni genere: in cõfirmatione & repræhensione. Vos huiusmodi &c. exemplũ est in genere iudiciali: accusatur enim quispiam: q3 reipu. calamitate lætus sit: & per comparationẽ quãtum sit scelus ostenditur: & uos inquit talibus incõmodis lugetis: hic gaudet. Eo magis. q3 uos diffidere uidet. Inter hæc duo. ostẽdit quid intersit inter cõtẽtionem uerbi & sententiæ exornationem. Celeriter. modico ĩteruallo. Vt inimicis te placabilem amicis inexorabile3 te præbes. Ex comparatione. cum hic cum illo comparatur: ut uos huiusmodi &c.

s Imilitudo. Hæc exornatio ὁμοίωσις græce uocatur: & ab aliis sic diffinitur. Similitudo ẽ minus note rei per similitudinem eius quæ magis nota est demonstratio. Vel ignoto rei per similitudinem eius quæ magis nota est descriptio. Huius species sunt tres. Parabole. Icon. paradigma. De duobus postremis mox separatim a Cicerone dicetur. Parabole similitudini inserta est cõuenit similitudo tribus ex generibus causaq3 præcipue Demonstratiuo: quoniã ad laudandũ uel uituperãdum

maxime ſumitur. Adhibentur confirmationi & repræhẽſioni: exordio nõ nũquã & narrationi. Ad rem illa proprie ſimilitudo eſt: quæ rem cum re comparat. Nam cum perſona perſonæ conficitur imago: cũ factum aut dictum proponitur: addito certi auditoris nomine exemplum. Diſpari. magis nota & non omnino ſimili. Ea ſumitur. Quatuor cauſis ſumi ſimilitudinem dicit & modis quatuor tractari. Singulos modos pronũciandi &c. Nam ſinguli modi tractandæ ſimilitudinis ſuam exigunt pronunciationem. Non enim quẽadmodum. Exemplum eſt ſimilitudinis quæ per cõtrarium ſumitur ornandi dũtaxat cauſa eſt aliquis qui probare uult nouũ imperatorem ueteri meliorẽ nõ eſſe: & hac utitur ſimilitudine: ſicut non eſt celerior in curſu qui facem ardentem accipit: illo qui tradit: ita nouus impator qui accipit exercitum: non melior eſt illo qui tradit. Propterea. ratio eſt cur ita ſit: quemadmodũ dixit. In paleſtra. in currẽdi certamine: quãuis proprie paleſtra ipſa ſit luctatio. Thedas ardẽtes. Mos fuit ueteribus ut currẽtes facem manu ferrent: quã cũ fatigati erant: alii ſuccedẽtes ex eorum manibus ita apte raperẽt: ut neq; fax extingueretur: neq; curſus intermitteretur. Hoc ſine ſimili: oſtendit tantũ ornandi cauſa huiuſmodi ſimilitudinem per contrarium fieri potuiſſe. Dictum eſt per cõtrarium: ideo inquit hæc ſimilitudo fieri per cõtrariuꝫ dicitur: quoniã ei rei quã nos probamus aliquã rem negamus ſimilem eſſe. Sicut in ſuperiore exẽplo: nõ eſſe ſimile oſtenſum eſt dare facem & dare exercituꝫ. Nam facem dat feſſus integro: exercitum dat imperator uetus nouo hoc eſt peritus imperito. Neq; equus. exemplũ eſt ſimilitudinis per negationem factæ probãdi cauſa. eſt aliquis qui probare uult: hominem qui ſine doctrina eſt: cõſequi uirtutem nõ poſſe: licet ingenioſus ſit: & ſicut inquit equus indomitus licet robuſtiſſimus ſit: ad uſus qui ab equo deſiderantur utilis eſſe non põt: ita neq; homo indoctus quãuis ſit ingenioſus ad uirtutem poteſt uenire. De primo uerba: quoniã utraq; pars ſimilitudinis a pticula incipit negatiua nõ.

In amicitia gerẽda. exemplũ eſt ſimilitudinis quæ apertius dicendi cauſa per breuitatem ſumitur. eſt qui repræhẽdit: cum a quo poſt amici mortem liberi eius defendãtur: & ſic intẽdit. cõuenit amicos ſicut curſores qbus ſatis eſt in currẽdi certamine ad metam peruenire: in eius qui amatur beniuolẽtia cõſiſtere: nec in ipſos amici filios amoreꝫ propagare: ſed refellitur hæc ſimilitudo: quoniam cãta in curſore uelocitas eſſe debet ut ad metam perueniat: in amico uero tantũ amoris: ut ipſam eiꝰ qui amatur uincat opinionem: & ſatiari nũquã poſſit. Iſocrates quoq; ſic ait δει δ᾽ αρτουσ παιδασ ωσπερ τησ ουσιασ ουτω και τησ φιλιασ τησ πατρικησ κλειρονομειν. Procurras. & modum amãdi nullũ facias. Nã ut ait Propertius. Verus amor nulluꝫ nouit habere modum. coniunctæ & confuſæ. Nam & uno diuerſæ res cõnectuntur uerbo ſicut cõue

tegro facem hic peritus imperator imperito exercitũ tradit. Hoc ſine ſimili ſatis plane eſt perſpicue & probabiliter dici potuit hoc modo. Dicitur minus bonos imperatores a melioribus exercitum accipere ſolere: ſed ornandi cauſa ſimile ſumptum eſt: ut orationi dignitas quædam compararetur. Dictum eſt autẽ per cõtrarium: cum ei rei quã nos probamus aliquã rem negamus eſſe ſimilem: ut pauloante cũ de curſoribus aſſerebamus. Per negationem dicetur probandi cauſa hoc modo. Neq; equus indomitus: quãuis natura bene cõpoſitus ſit: idoneus poteſt eſſe ad eas utilitates: & aptus quæ deſideratur ab equo: neq; homo inductus quãuis ſit ingenioſus ad uirtutem poteſt peruenire: hoc probabilius factum eſt: quod magis eſt ueriſimile nõ poſſe uirtutẽ ſine doctrina comparari: quoniã nec equus quideꝫ indomitus idoneus poſſit eſſe: ergo ſumptum eſt probãdi cauſa. Dictum autem per negationeꝫ: id enim perſpicuum eſt de primo ſimilitudinis uerbo ſumetur: & apertius dicendi cauſa ſimile. Dicitur autem per breuitatẽ hoc modo. In amicitia gerẽda: ſicut in certamine currendi nõ ita conuenit exerceri ut quoad neceſſe ſit: uenire poſſis: ſed ut pductus ſtudio & uiribus ultro facile procurras. Nã hoc ſimile eſt: ut apertius intelligatur mala ratione facere: qui reprehendant eos qui uerbi cauſa poſt mortem amici liberos eius cuſtodiant: propterea quod in curſore tantum uelocitatis eſſe oporteat: ut efferatur uſq; ad fineꝫ. In amico tantũ beniuolentiæ ſtudiuꝫ: ut ultra q̃ quod amicus ſentire poſſit: percurrat amicitiæ ſtudio. Dictum auteꝫ eſt ſimile p breuitatem: non enim ita eſt: ut in cæteris rebus res ab re ſeparata eſt: ſed utraq; res coniunctæ & confuſæ comparata. Ante oculos ponẽdi negocii cauſa ſumetur ſimilitudo: cum dicetur per collationeꝫ ſicuti cytharedus: cũ prodierit optime ueſtitus palla inaurata indutus cum clamyde purpurea coloribus uariis intexta: & cum corona aurea magnis fulgẽtibus gẽmis illuminata: cytharam tenens exornatiſſimam auro & ebore diſtincta. Ipſe præterea forma & ſpecie ſit: & ſtatura appoſita ad dignitateꝫ: ſi cum magnam populo cõuenerit his rebus expectationem repente ſilentio facto uocem emittat acerbiſſimam cum tur

pissimo corporis motu quo melius exornatus sit: & magis fuerit expectatus: eo magis derisus & côtemptus eiicietur: Ita si quis in excelso loco & in magnis ac locupletibus copiis collocatus fortunæ muneribus: & naturæ cômodis oibus abundabit: si uirtutis & artiu3: quæ magistræ uirtutis sunt egebit: quo magis cæteris reb⁹ erit copiosus & illustris expectatus: eo uehemêtius derisus & côtemptus ex omni côuentu bonorû eiicietur. Hoc simile exornatione utriusq3 rei: & alterius inertiæ artificiis alterius stultitiæ similitatione collata sub aspectu oium rem subiecit. Dictû autem est per collationem propterea quod proposita similitudine paria sunt relata oia. In similibus obseruare oportet diligenter ut cû rem afferamus similem: cuius rei causa similitudinem attulerimus uerba ad similitudine3 habeamus accômodata. i. huiusmodi. Ita ut hyrûdines æstiuo tpe p̃sto sût: frigore pulse recedût. ex eadê similitudine nûc p trâslationê uerba sumamus: ita falsi amici sereno uitæ i tpe p̃sto sût simul atq3 hyemê fortunæ uiderint deuoluât oês. Sed inuêtio similiû facilis erit: siqs sibi oês res aiatas & iaiatas: mutas & eloquêtes: feras & mansuetas: terrestres & cœlestes: ex maritimas: artificio: casu: natura côpatas: usitatas atq3 inusitatas frequêter ante oculos poterit ponere: & ex his aliq̃ uenari similitudinê q̃ aut ornare: aut docere: aut aptiorê rê facere: aut ponere rê ante oculos possit. nô. n. res tota toti rei necesse est similis sit: sed ipm q̃d côferet similitudinê habeat oportet.

EXemplum est alicuius facti: aut dicti præteriti cû certi auctoris nomine ppositio: id sumitur iisdê de causis. qb⁹ similitudo rê ornatiorê facit: cû nulli⁹ rei nisi dignitatis cã sumit. Aptiorem cû id q̃d sit obscurius magis dilucidû reddit probabiliorem: cû magis uerisimilê facit ante oculos ponit cû exprimit oia pspicue: ut res dicta ppe manu têtari possit. uniuscuiusq3 generis singula subiecissem⁹ exêpla: nisi exêplum q̃d genus eêt in expolitione demôstrassemus: & cãs sumêdi i similitudine aperuissemus. Quare uoluimus neq3 pauca quominus intel

nit exerceri: & eê oportet & sub uno q̃si spû clausulæ côuenieñter pnûciant. Ante oculos ponêdi negocii cã: ut geri res nô narrari uideat: cû oia q̃ in côpatione posita sût: paria eê uideant: & singula referant. est. n. collatio p quã ante oculos res ponit: re4 aut admistrationû gñe similiû côparatio παραβολη a græcis dr: & fit modis. viii. p habitus ut q̃lis i europe ripis: aut p iuga cynthi exercet diana coros. p magnitudinê: ut Ceu duo nubigenæ cû uertice môtis ab alto descêdût cêtauri: p colorê. ut Indus sâguineo ueluti uiolauerit ostro siqs ebur. p uocê clamores simul horrêdos ad sydera tollit q̃lis mugitus &c. p laborê: ut q̃lis apes æstate noua pflorea rura exercet sub sole labor. p energiã ut i segetê ueluti cû flâma furentibus austris incidit p altitudinê ut q̃lis atriæ liquêtia flumina circû siue padi ripis &c. p affectû. ut sic funere prio Attonitæ patuere domus cû corpa nôdû côclamata iacêt. Vt citharœdus. exêplû ê sil'itudinis q̃ p collationê fit: & nobilis ac diues cû citharædo côpatur. Huius cû illo par hitus & ornatus describit: uterq3 pari pene rône & ꝯuêtu bono4 eiicit. citharædus: qm̃ uoce & gestu displicuit. Diues: qm̃ sine uirtute. Palla. q̃ est Tunicæ palliû ad terrã fluês: ea tã mulieres utebant q̃ uiri: Citharædi p̃sertim & mimi. Papini⁹ de Apolline si decet aurata bacchû uestigia palla Verrere. Virg. pallã signis auroq3 rigêtê. Chlamyde purpurea. sup quã pallã iduebât citharædi: cã pigi & uariari coloribꝰ côsueuit. Virg. sidoniã picto chlamydê circûdata libo. Idê uictori chlamidê auratã: q̃ plurima circû Purpura mæãdro duplici meliboea cucurrit. Itê. sil'r eode3 mô. Simili rône collata: ad utrãq3 psonã. utraq3 ei3 hitu & ornatu expectationê facit: utraq3 postea decepta hoium opône ꝯtênit & eiicitur. In sil'itudinibus. uerba i sil'itudine accômodata rei affirêda eê p̃cipit & seruãda. Ita ut irûdines. est q̃ pbare uult falsos amicos i necessitate cognosci qm̃ simul atq3 fauere fortuna desiit. fugiût oês sicut irûdines q̃ cû primû hyês icohat oês deuolât. q̃d uerû ê: & ouidius hac de re sic ait dû fueris fœlix multos nûerabis amicos Tpa si fuerint nubila: solus eris. Idê inqt. Sut fuluis spectatur i ignib⁹ aur: tpe sic duro ê inspiciêda fides. Irûdines hybernis mêsib⁹ abeût i uicia africæ. secutæ môtiû recessus iuêta3 ibi nudæ ac deplumes. plynius. Deuolât oês: nô uolât falsi amici: sed fugiût: qm̃ uero auib⁹ eos côpauerat: uocabulû suauit sil'itudis. S3 iuêtio. uñ silia inueniri possint admôet. Artificio. igêio. Casu. ut i nauigatiôe & pegrinatiôe ubi multa nobis p̃ter nfa3 opi. offerri solêt: nô prius uisa aut audita. Natura. q̃ oia pereat: sed nô oib⁹ in locis. Venari. inqrere. Exornare. repetit q̃tuor modos sil'itudinis de qbus añ dixit. Non. n. qa dixerat & ex his aliq̃ uenari: iô hæc subiīgit dicês nô necesse eê ut res tota totæ rei sil'is sit: sed oportere ut q̃ inter se côferant aliq̃ sil'itudinê habeãt sicut in supiore appuit exêplo de citharædo & diuite ac nobili. Nô enim idem sunt sed multa habêt similia quæ conferuntur.

EXemplû. παραδειγμα græce uocat: est aût rei præteritæ narratio sigñs adhortationê uel dehortationê. Adhortationê ut Antenor potuit mediis elapsus achiuis Illyricos penetrare sin⁹ &c. Itê pallas ne exurere classem argiuû atq3 ipos potuit submergere pôto. Dehortationê ut. At nô sic phrygius

penetrat lacedæmona pastor:ꝯuenit tribus figuris.tribus generibus:ꝯfirmationi & rephensioni ꝑcipue. Hisdē de causis.q̄ quatuor sunt q̄s cōmemorat:& qd in his exemplū efficiat.patefecit. Vniuscuiusq; generis.cām afferre cur exēpla nō subiecerit ideoq; se fecisse ait:qm̄ exemplū q̄le esset in expolitione ostēdit:cū dixit:qđ mihi uidet̃ decius intellexisse:& causas cur sumeret̃:de similitudine tractans disseruit.

i Mago.εικων græce uocat̃ siue εικασμος & sic ab aliis diffinit̃. Imago ē figuræ alicuius exp̄ssa ul' ꝑsonarꝫ inter se coꝝ q̄ ꝑsonis accidūt cōpatio:ut hos humerosq; deos similis:& oīa Mercurio similis.

Itē talis amyclei domit⁹ pollucis habenis cillarus hic.n.equus equo cōparat̃.utimur hac exornatiōe in oī figura. in demōstratiuo gn̄e ꝑcipue in ꝯfirmatiōe & rephēsione. Hæc sumit̃.hic ostendit̃ cui gn̄i potissimū cōueniat. Inibat ꝑliū.de hectoræ uel achille hoc dici potuisset. Iste quotidie. Exēplū est imaginis q̄ sumitur ut in odiū adducat. hoc de Clodio dici potuisset: aut Catilina. Iste q diuitias.exēplū est:imaginis q̄ in inuidiaꝫ adducit Gallus e phrygia. Matris deū ministri galli sunt a gallo phrygiæ flumine uocati q iter cybelē montē & celenas labit̃. cuius aq̄s qui forte bibissent:isaniebāt: auctor Ouidius in fast.sic de illo scribēs. Inter ait uiridē cybelē altasq; celenas:Amnis it Isana noīe gallus aq̄:Qui bibit inde furit ꝓcul hīc discedite q̄s ē cura bonæ mētis q bibit īde furit. Ariolus ē ut Donato placet:q diuina mente uaticinat̃.dictus q̄si fariolus: aut ab alādo nā alitu solet exaludere ueluti mortalē aīaꝫ:ut diuinā recipiat. ego magis ab hara ariolū dici existimo sicut Aruspicē. Vel ī cōtēptionē.in odiū. Iste. accusat̃ aliq̄s & in odiū rapit̃ q̄ hoīem ītra domū propriam sese tāq̄ cochleā abscōdētem in ꝑniciem rapiat cū tota domo deuoraturus.

Ffectio: græce dr̃ χαρακτηρισμος.
e adhibet̃ trib⁹ figuris: tribus gn̄ibus oībus orōnis ꝑtibus. Crebro hac exornatiōe Plautus & Terē.utūtur. Nūc iudices. Quidā uel accusat quēpiā uel testē adducit noīans & cū in ei⁹ memoriā redire iudices nō possint.sic depingit: Canū.capillis canis. Subcrispū.aliquātulū crispū. Cæsium.is sic dr̃ q oculis est ceruleis ul' cianeis q̄si cælius:ut Nigidio placet:unde cæsia dicta est a ueteribus pallas quæ a græcis γλαυκωπις uocat̃. Habet hæc exornatio. uim exprimit exornationis quæ utilis est ad demonstrandū aliquē breuē aūt esse oportet.

Otatio. Hæc exornatio a Quīt.imi
n tatio morum aliorū dicit̃: a græcis ηθοποιια uel μιμησις. Et iter leuiores affectus numerati pōt. Est.n.posita in ludēdo.uersat̃ in factis:& ī dictis. Differt a supiore:qm̄ illa corpus effingit: hæc naturā: mores:& cōsuetudinem exprimit. Cōuenit medioeri figuræ:& demōstratiuo gn̄i præcipue. Cōfirmationi & repræhensioni: sic ab aliis diffinit̃. Notatio est uera alicuius ꝑsonæ ꝑ uitii aut uirtutis signa ostēsio. Iste ingnies &c.hois ostētatoris natura certis describit̃ signis. ostētare aūt est ad inanē gloriā ostēdere. Putat eē ꝑclarꝫ & ꝓpterea supbire so

ligeretur:neq; re intellecta plura conscribere.

Mago est formæ cū forma cū quadā similitu
i dine collatio. Hæc sumit̃ aut laudis: aut uitupationis cā. Laudis cā sic. Ibat in ꝑliuꝫ corpe tauri ualidissimi: īpetu leonis acerrimi. Vitupatiōis: ut in odiū adducat hoc mō. Iste quottidie ꝑ forū medium tāq̄ iubatus draco serpit dentibus adūcis: aspectu uenenato: spiritu rapido circūspectans huc & illuc: si quem reperiat: cui aliqd mali faucibus afflare: ore attigere: dentibus insecare: lingua asꝑgere possit: ut in inuidiam adducat hoc mō. Iste q diuitias suas iactat: sicut gallus e phrygia: aut ariolus quispiaꝫ depressus: & oneratus auro clamat & delirat. In cōtētionem sic. Iste tāquā coclea abscondens retentat sese tacitus cum domo: totus ut comedatur aufertur.

Ffectio est cuꝫ exprimitur:& effingit̃ uerbis
e corpis cuiuspiā forma: quoad satis sit ad itelligendū hoc mō. Nunc dico iudices rubrū: breuē incuruū: canū subcrispū Cæsium: cui sane magna est ī mēto cicatrix: si quomō pōt in memoriā uobis redire hēt hæc exornatio cū utilitatē: si quē uelis oñdere tuꝫ uenustateꝫ: si breuiter & dilucide facta est.

Otatio est: cū alicuius naturā certis describit̃
perta ad magistros referrent: & quasi ab eis inuenta ponerent: induxit inquaz Aeschines Socratẽ referentẽ quid esset uel quẽadmoduz esset locuta aspasia cũ uxore Xenophontis: uel cũ ipso Xenophõte: nã Xenophon & eius uxor frequẽter discordabant persuadet ergo Aspasia ut in gratiaz reuertãtur Aspasia aũt peritissima fuit philosophiæ. Hac itaqz inductione usam induxit aspasiam apud Aeschinem socrates. Interrogauit inquit aspasia Xenophontis uxorem: si inquit uicina tua aurum melius habeat q̃ tu habes: tum inquit Xenophõtis uxor iducta similitudine superiorũ: quoniã sniaz mutare nõ poterat tacita erubuit postea inqt Aspasia cõuertit se ad Xenophõtem ipsum & similiter: cũ illo instituit iductionem. Dic mihi inquit Xenophon si uicinus tuus equum aut fundum meliorem hẽat: q̃ tu habes: tuuz ne mauis an illius. i. nisi in gratiam regressi fueritis semp & tibi uxor lætissima & tibi uir optim⁹ deerit: hic itaqz iductio hoc egit ut Xenophõ & uxor eius ab his quæ uelle se negare nõ poterãt: ad id etiam qđ dubiũ hẽbãt p similitudinẽ deducerent. Hoc mõ sermonis plurimũ socrates usus est socrates inqt in disputatiõibus inductione frequenter utebaẽ ppterea inqt qđ optimũ ducebat: ut nõ a se rebus prolatis sed cõfessionibus suis aduersarius uinceret. Hoc in genere pcipiendũ nobis uideẽ primũ ut illud qđ inducemus p similitudinẽ eiusmodi sit ut sit necesse cõcedi in inductione inqt tria sp spectare debemus. primo ut similitudines tales pponamus ut eas sit necesse cõcedi: nam illud dubiũ eẽ nõ debet: unde alteri fidẽ uolumus facere: deinde inqt illud qđ cõfirmamus ei rei: q̃ pponimus simille esse debet: ne nihil egerit ppositio si illud dissimile ẽ: cuius cã pposuimus: tertio inqt id agere debem⁹ ut nemo itelligat quo spectet similitudis ppositio. Nec cũ qspiã itellexerit se ex cõfessiõe ppõnis: ẽt illi rei fidẽ facere quã negauit: aut nõ rñdeat: aut male praueqz rñdeat: si autẽ nesciat quo tẽdat similitudinis ppositio secutus cõfiteẽ. Qua cõfessione ẽt illud: qđ negabat ante ita ut tu uis cõcedit eẽ. Cũ autẽ inqt hoc diligẽter in faciẽda iductione seruaueris ut & ppositio similitudinis cõcedatur & illud ppositioni simile sit cuius cã similitudo pposita est: & nemo uideat quo ppositio illa cõtendat officio tuo p ista diligenter ipleto. Rursus debebis rñsionẽ contendẽtis attẽdere. Vnũ aũt de trib⁹ faciat necesse est. Nã aut tacebit: aut cõfitebiẽ: aut negabit. Ad hæc singula dat præcepta: qd in his singulis tu facere debeas: & primo a difficiliori parte incipit: si inquit negabit ita esse illud: unde contentio est atqz illud quod in propositis cõcessis p similitudinibus continẽ: duo inquit facere debemus. Aut illas res quas ante concessit similis docere huic rei esse: de qua cõtentio est: aut si pernegabit allas inducere similitudines: sin autem inquit cõfitebitur habita argumentatio concludenda est: deinde inquit si tacebit duo facies: aut responsionem de

eo elicies aut si rñdere noluerit:quia genus
cõfessiões ẽ taciturnitas cõcludẽda est argu
mẽtatio ita ingt hoc gen⁹ argumẽtãdi tri/
partitũ sp est.Prima ingt ps constat ex una
similitudine pluribusue:ut in hoc ipso exẽ/
plo cõfessionẽ tacẽtiuȝ cõfirmat aspasia. Et
tu ingt mulier uirũ optimuȝ uis hrẽ. Et tu
xenophõ uxorẽ hrẽ lætissimã maxiẽ cupis.
Deinde ex hac cõfessione qd cõficiaṫ oñdit.
Quare ingt nisi hoc pfeceritis neq̃ uir me
lior:neq̃ fœmĩa lætior in terris sit dedit su/
pra phisicæ iductiõis exẽplũ:dat nũc ĩ rhe/
torica:nõ quo ĩquit diuersa pcepta sint sed
ne qs forte pceptũ in phiam dat ĩ rhetorica
uideri nõ possit.Exẽplũ ãt nũc ponit apud
græcos puagatũ cuius exẽpli hmõi thema
est.Epaminundas impator cũ ei successum
fuisse retinuit apud se exercitũ aliqd ãplius
dieb⁹ q̃ ex lege oportebat.Illis ipsis diebus
Lacedæmonios fundit⁹ euertit ac uicit.Ac
cusaṫ q̄ contra legẽ exercitũ retinuerit.Pro
põiṫ ãt hic tacita exceptiõe lex illa:q succes/
sori ex lege exercitũ statĩ nõ tradiderit pœ/
nas soluat ĩ hoc themate põt qdẽ eẽ cõpẽ/
satiuus stat⁹ pricipalis feci:sed pfui. Veruȝ
secũda cõflictio ĩ scripto & uolũtate ꝯsistit.
scripto utiṫ accusator q dicit a uerbis legis
recedi nõ oportere uolũtate utiṫ Epaminũ
das q dicit legẽ iubeṫ qdẽ exercitũ tradi:sed
si nihil urgeat.Aliogn si reip.cã paucis die
bus retineaṫ nullã pœnã sub eẽ retinẽti.Ita
q̄ hic ĩductionẽ põt facere accusator ille q
cõtra sñiam legis scripta defendit:& simili/
tudinẽ nõ extra cãm:sed ex eadẽ cã facit. Si
ingt Epaminũdas id qd ait legis scriptorẽ
sensisse ad legẽ suis uerbis addat idẽ dãnan
dũ eẽ q exercitũ nõ tradat pter euȝ q reip.cã
retinuerit:hoc si addat nũqd pati potestis
nõ opinor.Deinde si hoc.i.legi additũ uos
uestra auctoritate ad populũ feratis nũqd
id populus patieṫ:nõ patieṫ. Ergo ingt qd
addi ad legẽ p uerba nõ põt id tãq̃ædituȝ
sit:sequi nõ debetis:q̄ si ingt sñiam scripto
ris:neq̃ Epaminundæ:neq̃ nostris litteris
uidem⁹ corrigi posse multo magis illud re
ipsa & iudicio uestro mutari nõ põt:qd ne
uerbo qdẽ mutari põt. Veꝝ hoc scire debe
mus in dyalogis sermonẽ esse nõ dictionẽ.
Dictionẽ aũt esse oratoris in ciuilibus cau
sis iccirco ait.Aut aliter hoc in sermõe atq̃
in dicẽdo sit utendum Sermo philosophi.
Dictio oratoris. Orõ auteȝ põt & ad dyalo
gum cõuenire:si sit paulo splendidior elo/
cutio:pproriuȝ tamen oratoris est. Deinde
notare debemus omnes magistratus pro/
tes appellatos:ut hic : cum Epaminundas
thebanorum imperator q̄ ei qui sibi ex re/
ge prætor successerat cuȝ imperatori succe
dere debeat imperator.

cedere rogationem nõ sinit. Quare ratione rogatiõis
imprudens ab eo quod cõcessit ad id quod non uult
cõcedere deducendus est. Extremuȝ aũt aut taceatur
oportet:aut cõcedatur:aut negetur. Si negabitur aut
ostendenda est similitudo haꝝ rerũ quæ ante cõcessæ
sunt:aut alia utendum inductione. Si concedeṫ cõ/
cludenda est argumentatio:si tacebitur aut elicienda
est respõsio:aut quoniã taciturnitas imitatur cõfessio
nem pro eo : ac si concessum sit cõcludere oportebit
argumentationem. Ita fit genus argumentãdi tripar
titum. Prima pars ex similitudine constat una pluri/
busue. Altera ex eo quod concedi uolumus cuius cã
similitudines adhibitæ sũt. tertia ex cõclusione:q̃ aut
cõfirmat conclusionẽ:aut qd ex ea cõficiatur:oñdit.
Sed qa nõ satis uidebitur alicui dilucide demonstra/
tum: nisi quod ex cãꝝ genere exẽpluȝ subiecerimus:
uidetur hmõi quoqȝ utendũ exemplo nõ quod præ
ceptio differat:aut aliter hoc in sermone:atqȝ in dicẽ
do sit utenduȝ: sed ut hoꝝ uoluntati satisfaciat q qd
in loco uiderint alio in loco nisi monstratur:nequeũt
cognoscere. Ergo in hac cã quæ apud græcos est per
uagata:cũ Epaminundas thebanoꝝ impator:quod
ei qui sibi ex lege successerat prætor exercitũ non tra/
didit:& cum paucos ipse dies contra legẽ exercitum
tenuisset lacedæmonos penitus deuicit. Poterit accu
sator argumentatione uti p inductionẽ cum scriptũ
legis contra sñiam defendat ad hunc modum. Si iu/
dices id qd Epaminundas ait legis scriptorẽ sensisse
ascribat ad legẽ:& addat exceptionẽ hanc extra quaȝ
reipu. causa exercitum non tradiderit patiemini non
opinor. Quod si uosmetipsi quod a uestra religione
& sapiẽtia remotissimũ est:istius honoris causa hanc
eandẽ exceptioneȝ in iussu populi ad legẽ ascribi iu/
beatis. populus thebanus id patientur ne fieri profe
cto nõ patietur. Quod ergo ascribi ad legẽ nefas est:
id assequi quasi ascriptum sit rectuȝ uobis uideatur.
Noui uestraȝ intelligẽtiam nõ põt ita uideri iudices.
Quod si neqȝ litteris corrigi neqȝ ab alio:neqȝ a uo/
bis scriptoris uolũtas põt:uidete ne multo idignius
sit id re & iudicio uestro mutari : quod ne uerbo qdẽ
cõmutari potest. Ac de inductione quidem satis di/
ctum est in præsentia. Nunc deinceps ratiocinatio/
nis uim ac naturam consideremus.

¶ De ratiocinatione.

r Atiocinatio est oratio ex ipsa re probabile ali
quod eliciens:quod expositum & per se co/

R Atiocinatio est orõ ex ipsa re probabile aliqd eliciẽs:qd expositũ & p se cognitũ sua seui & rõne
cõfirmet. Argumẽtationũ duæ ptes sunt:ĩductio & rõcinatio de ĩductiõe iã dictũ est:nũc de rõ/
cinatione tractatus est.i.de sylogismis. Verũ ut ad genus spẽm referamus sylogismus nõ argu

mentationis. Ita inductio nõ inueniẽdi modus est sed forma dicendi. Quamobrem sic diffiniuit ratiocinationem .i. sylogismũ. Ratiocinatio est inqt oro ex re ipsa probabile aliquid eliciens ꝙ expositũ & per se cognitũ sua se ui & rõne cõfirmet: & in hac diffinitione multa cõmunia esse possunt cũ inductione: nam ꝙ ait oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens tã rõcinationis est q̃ inductionis: hoc aũt ꝓpriũ rõcinationis quod ait quod expositũ & per se cognitum sua se ui & rõne cõfirmet. Inductio .n. non ꝑ se cognoscitur neqꝫ sua se ui & rõne confirmat: sed ut fidẽ faciat probãdæ rei similitudines ante precedunt. Recte itaqꝫ ratiocinatio definita est .i. oratio quæ ex confesso argumentũ continẽs non similitudine: sed per se cognoscit̃ & sua se ui ratione confirmat. Verũ qđ diximus ex confesso argumẽtũ continẽs. Nisi .n. quis confiteat̃ qa inimicus fuit nõ erit argumentũ. Si inimicus fuit occidit. Sed si confiteatur inimicum: argumentum ꝓbabile fit: si igit̃ inimicus fuit, occidit. Hoc de genere qui diligentius cõsiderandum putauerũt. Ratiocinatio est igit̃ oratio per se cognita ac sua ui & ratione cõfirmata ex re confessa sumptum ad fidem proferens argumentũ. Verum ut diximus hæc oratio est ꝑtinens ad sylogismos. Sylogismorũ aũt multi qnqꝫ: multi plurimas ꝑtes multi inquit tres esse dixerũt. Sed utrorũqꝫ inqt rõnes debemus inspicere quia & breuis ĩfectio est & oratori res necessaria. Opus quidẽ inqt utrorũqꝫ cõsimile est: nam alteruter & propositionẽ habet & approbationem propositionis: & rursus assumptionem & approbationem assumptionis & conclusionẽ. Verum inquit qui sylogismũ in quinqꝫ ꝑtes diuidũt: has singulas ꝑtes numerant: ut propositio una pars sit approbatio propositiõis altera: ita & in assumptiõe .i. approbatio assumptionis; ut quinta pars sit cõclusio. Illi aũt qui tres partes in sylogismis esse cõtendũt propositionẽ & approbationẽ propositionis unam partẽ enumerãt. Rursus assumptionem & approbationẽ assumptionis alteram partem numerãt: tertiam uero cõclusionem. Ita utrorũqꝫ opus simile: sed in membris operis numerus diuersus: iam uero quinquepartiti sylogismi siue tripartiti in ipsis libris exẽpla poterimus agnoscere. Verum quædã præcepta in his ꝑtibus posita ĩtelligamus. Propositio inqt generalis in suo esse debet: & id quod assumendũ est in se necessario cõtinens. Approbatio enĩ multis uerbis & diuersis rõnibus facienda est. Assumptio uero ex ui ꝓpositionis capiẽda est ut hic assumptio est. Nihil ãt melius cõsilio quã oĩs mundus administrat̃. Hæc assumptio ex ui ꝓpositionis assumpta est. Quæ est .n. ꝓpositio melius accurant̃ quæ cõsilio regunt̃: q̃ q̃ sine cõsilio administrantur. Deinde inqt etiã assumptionis approbatio multis rõnibus faciẽda est. Extrema cõclusio est quæ quattuor modis fit: quos modos alio in loco oñdemus cũ de bipartito sylogismo cœperimus habere tractatũ. Quinquepartitam igitur hoc pacto putãt esse argumẽtationẽ: qui inquit quinqꝫ partitã esse argumẽtationẽ dicunt hoc asserũt

gnitum sua se ui & rõne cõfirmet. Hoc de genere qui diligẽtius cõsiderandũ putarunt: cũ idẽ in usu dicendi sequerẽtur paululũ in præcipiẽdi rõne dissenserũt. Nam partim quinqꝫ eius partes esse dixerũt; partim nõ plus quã in tres ꝑtes posse distribui putauerunt: Eorꝫ cõtrouersiã nõ incõmodũ uidet̃ cũ utrorũqꝫ rõne exponere. Nã & breuis est & nõ eiusmodi ut alteri prorsus nihil dicere putẽtur. Et locus hic nobis in dicẽdo minime negligẽdus uidet̃. Qui putãt ĩ quinqꝫ distribui ꝑtes oportere: aiũt primũ cõuenire exponere sũmã argumẽtationis hoc mõ. Melius accurant̃ q̃ cõsilio gerunt̃ q̃ quæ sine cõsilio administrant̃. Hãc primã partẽ numerãt eã: deinceps rõnibus uariis & quã copiosissimis uerbis approbari putant oportere hoc mõ. Domus ea quæ rõne regit̃ oĩbus est cõstructior rebus & apparatior q̃ ea q̃ temere & nullo cõsilio administrat̃. Exercitus is cui ꝓpositus est sapiẽs & callidus imꝑator oĩbus ꝑtibus cõmodius regit̃ q̃ his qui stulticia & temeritate alicuius regit̃. Eadem nauigii ratio est. Nã nauis optime cursum cõficit ea quæ scientissimo gubernatore utit̃. Cum ꝓposito sit hoc pacto approbata: & duæ ꝑtes transierint rõcinationis; tertia in ꝑte aiunt qđ oñdere uelis id ex ui propositionis oportere assumere hoc pacto. Nihil autẽ oĩum rerũ cõsilio melius quã oĩs mũdus administratur. Huius assumptiõis quarto in loco aliã porro inducũt approbationẽ hoc mõ. Nã & signorꝫ ortus & obitus definitũ quẽdã ordinẽ seruãt: & annuæ cõmutationes nõ mõ quadã necessitate sẽꝑ eodẽ modo fiunt: uerũ ad utilitates rerũ quoqꝫ oĩũ sunt accõmodatæ & diurnæ nocturnæqꝫ uicissitudines nulla in re unquã mutatæ nocuerũt quicquã. Quæ signo sũt oĩa non mediocri quodã consilio naturã mundi administrari. Quinto loco inducũt complexionẽ eãqꝫ: aut id infert solũ qđ ex oĩbus ꝑtibus cogit̃ hoc modo. Consilio igit̃ mundus administratur: aut unũ in locũ cũ conduxerit breuiter ꝓpositionẽ: & assumptionem adiungit: qđ ex his conficiatur ad hunc modũ. Quod si melius geruntur ea quæ consilio quã quæ sine cõsilio administrant̃. Nihil aũt rerũ oĩũ melius administratur quã mũdus. Consilio igitur mundus administrat̃. Quinquepartitã igit̃ hoc pacto putãt esse argumẽtationẽ. Qui ãt tripartitã esse dicũt hi nõ aliter putãt oportere tractari argumẽtationẽ sed par-

quod supra ostendimus.i.seperari propositionē ab approbatiōe sua:& rursus assumptionē ab approbatione sua. Qui autē tripartitam esse dicunt:illi inqt q tripartitam argumentationem esse cōtendunt:eodem modo quidem tractant argumentationē. Nam & propositiones habent & approbationes & rursus assumptionē cū approbationibus suis. Sed haec bina connectūt & reddunt singula:ut propositionē cū approbatione sua simul iungāt & rursum assumptionem & approbationem eius unū efficiant. Negant aūt recte neq ppositionem neq assumptionē dici:nisi fuerit approbata:tuncq esse aiunt propositionē argumētationis:si approbata sit. Si autem approbata non sit esse quidē propositionē:sed argumenti nō argumētationis:in qua argumentatione latior:& expolitior elocutio ē.

Itaq qui hoc cōtēdūt negāt esse amplius quam tripartitam argumentationem. Ab his Ci. dissentit & cōtra disputat pbat illorum sniam qui dicunt quinquepartitā argumentationē. Itaq hoc Ci. secūdum artē testibus & argumētis probat. Testibus sic. Quam oēs ingt ab Aristotele & theophrasto pfecti maxie secuti sunt. Nam queadmodum īnuit superius argumētationis genus.i.inductionis Socrates maxime & oēs Socratici tractauerūt:ita hoc genus argumentationis.i.ratiocinatio quinquepartita ab Aristotele & Theophrasto uel peripateticis frequētatum atq tractatum est:sed quia orator rhetoricam scribens importune pene philosophos ad testimonium uocat:quia de dialectica iste tractatus est: recte philosophos sibi adhibet:qa rhetoricā scribit. Adiūgit & multos oratores elegātissimos atq artificiosissimos iudicatos q usi sūt hac argumētatiōe quinquepartita. Deinde inquit a rhetoribus his q elegātissimi atq artificiosissimi putati sunt. Itaq testibus probauit nō errare illos qui asserant quinquepartitam argumētationē. Sed qa poterat dici Cic. etiā illi quos cōmemoras errauerūt:ostendit se exemplum nō temere illorum secutum probatq argumētis suis nō errare eos:qui quinquepartitam argumentationē:errare autem eos qui tripartitam esse contendunt. Itaq haec est quaestio utrū tripartita an qdripartita:an quinquepartita sit argumētatio. Ci. multis sylogismis suis nūc quinquepartitis:nūc tripartitis pbat qnquepartitam esse argumētationem:& primo asserit ppositionē & approbationē iter se esse diuersa in qua assertiōe primo argumēti. Deinde exēpli est sylogismus dehinc simili rōne asserit assūptionē & approbationē eius iter se esse diuersas in qua rursus assertione primo argumēti. deinde exempli est sylogismus. Itaq postquā probauit propositionē:& assumptionem

titionē hoc reprahēdūt. Negāt. n. neq a ppositiōe: neq ab assumptione approbationes earū separi oportere neq ppositionē absolutā neq assumptionē sibi pfectā uideri:quae a probatione confirmata non sit. Quare quas illi duas partes numerāt propositionē & approbationē sibi unam partē uideri propsitionē: quae si approbata non sit propositio non sit argumētationis. Itē quae ab illis assumptio & assumptionis probatio dicitur:eandē sibi assumptionē solam uideri. Ita fit ut eadē ratione argumentatio tractata aliis tripartita aliis quinquepartita uideat. Quare euenit ut res non tam ad usum dicendi pertineat q̄ ad rationem praeceptionis. Nobis aūt cōmodior illa partitio uidetur esse quae in quinq partes distributa est:quā oēs ab Aristotele & Theophrasto profecti maxime secuti sunt. Nam queadmodū illud superius genus argumentādi per inductionē sumit:maxime Socrates & socratici ptractauerunt:si quod hoc quod p rōcinationē expolit sūme est ab Aristotele atq peripateticis & Theophrasto frequentatum. Deinde a rhetoribus his qui elegātissimi atq artificiosissimi probati sunt. Quare aut nobis illa magis partitio probatur dicendū uidetur ne temere secuti putemur: & breuiter dicēdū:ne in huiusmodi rebus diutius quā ratio praecipiēdi postulat cōmoremur si quadā in argumētatione satis uti est propositione & nō oportet adiūgere approbationē ppōni:q̄dā aūt in argumentatione ifirma est ppō nisi adiūcta sit approbatio: separata ē q̄dā a ppositione approbatio. Quod. n. adiūgi & separari ab aliquo pōt id nō pōt idē esse q̄d est id ad q̄d adiūgit: & a quo separat. est aūt q̄dā argumētatio in qua ppō nō idiget approbatiōe: & q̄dā in qua nihil ualet sine approbatiōe ut oñdemus. Separata est igitur a ppōne approbatio. Ostēdetur aūt id quod polliciti sumus hoc mō. Quae propositio in se qddā cōtinet pspicuū: & qd̄ stare iter oēs necesse est hāc uelle & approbare & affirmare nihil attinet. Ea est hmōi. Si quo die romae ista caedes facta est ego Athenis eo die fui iteresse in caedē nō potui:hoc qa pspicue uerū est nihil attinet approbari. Quare assumi stati oportet hoc modo:fui aūr Athenis eodē die. Hoc si non cōstat indiget approbationis:qua inducta cōplexio consequt. Est igitur quaedā ppositio quae nō idiget approbatione:nam esse qdē quandā quae indiget qd attinet dicere:q̄d cuius facile pspicuū est. Quod si ita est ex hoc & ex eo quod ppolueramus hoc cōficitur sepatam esse quandā approbationē a ppōne. Si aūt ita est:falsum est nō esse plus q̄ tripartitam argumentationē. Simili modo licet alteram quoq approba-

tionē ab assumptione separatā ostēdere. Si qdā in argumētatione satis est uti assumptiōe & nō oportet adiūgere approbationē assumptioni. Quadā aūt in argumentatione infirma ē assumptio: nisi adiūcta sit approbatio. Separatum quiddā est extra assumptionē approbatio. Est aūt argumentatio quædā ī qua assumptio nō indiget approbationis: qdā aūt in qua nihil ualet sine approbatiōe: ut ostēdemus. Separata est igiť ab assumptiōe approbatio: ostēdemus aut qđ polliciti sumus hoc mo. Quæ pspicuā in oib⁹ uarietatē cōtinet assumptio: nihil indiget approbatiōis: ea est huiusmōi. Si oportet uelle sæpe dare opaʒ philosophiæ cōuenit hæc ppositio indiget approbatiōis: nō. n. pspicua est neqꝫ constat inter oēs: pp̄terea qđ multi nihil pdesse philosophiā: pluriqꝫ etiā obesse arbitrant̄ assumptio perspicua est. Etenim hoc oportet ante sapere: hoc aūt quia ipsum ex re pspicitur: & uerū esse intelligitur nihil attinet approbari. Quare statim cōcludenda est argumētatio. Est ergo assumptio quædam quæ non indiget approbationis. Nam quandā indigere pspicuū est. Separata est igitur ab assumptione approbatio. falsum est igitur non esse plus quā tripartitam argumētationē. Atqꝫ ex his illud iam perspicuū est esse quandā argumētationem: in qua neqꝫ propositio; neqꝫ assumptio indiget approbationis: huiusmoi est ut certū quiddā ut breue exempli causa ponamus. Si summope sapiētia est petenda: summopere stulticia uitanda est: summope aūt sapientia petenda est: sūmopere igitur stulticia uitāda est: hic & assumptio: & ppositio pspicua est: Quare neutra quoqꝫ indiget approbatione. Ex hisce omnib⁹ illud pspicuū est: tum adiungi approbationē: tum nō adiungi: ex quo cognoscitur neqꝫ in ppositiōe: neqꝫ in assumptione contineri approbationē: sed utrāqꝫ suo loco positā uim suā tanq̄ certam & propriam optinere; Quod si ita est cōmode ptiti sunt illi qui in qnqꝫ partes distribuerūt ratiocinationē. Quinqꝫ sunt igitur partes eius argumētationis quæ per ratiocinationem tractatur. Propositio per quam breuiter locus hic exponitur: ex quo omnis uis oportet emanet rōcinationis. Approbatio per quā id quod breuiter expositum est rationibus approbatum probabilius: & apertius fit. Assumptio p quā id quod ex propositione ad ostendendū ptinet assumiť. Assumptionis approbatio est p quā id quod assumptum est rationib⁹ firmatur. Complexio p quam id quod conficitur ex omni argumētatione breuiter exponitur. Quæ plurimas habet argumētatio ptes: ea cōstat ex his qnqꝫ partibus: secunda est quadripartita: tertia est tripartita. Deinde bipartita: qđ in controuersia est. De una ab approbationibus suis longe esse si parata concludit cōmode partitos esse eos qui quinquepartitam dixerunt: argumentationem. Quinqꝫ igitur partes sunt eius argumentationis quæ per ratiocinationem tractatur. Illius autem argumentationis quæ per inductionē tractatur tripartita est argumentatio. Verum hoc in primis tenere debemus. Argumentū nūc uicinum esse quæstioni: nunc a quæstione longinquū: argumentum. n. prolatum nunc ipsi quæstioni prodest nunc ei rei quæ uicina est quæstioni. Itaqꝫ argumentum nūc uicinū est quæstioni: nunc loco tertio nunc quarto nunc quinto nascitur. Aristoteles autem dicit et loco decimo posse fieri argumentum. Sed cum sæpe argumentum tam longe a quæstione sit hoc tantum syllogismi est: ut id quod longe a quæstione est eidem quæstioni dicendi ratiocinatione cōiungat. Ac uicinum argumentū tale est. Quoniam hic inimicus fuit occidit longe a quæstione argumentum tale est. inimicus occidit: Hoc quia generale est primo dissetendum est uerum inimicus semper occidat. Quod post q̄ asserueris nō statim probas hunc occidisse. Sed ad hoc pueniť ut rursus doceas hunc inimicū fuisse. Quod postq̄ asserueris hūc inimicū fuisse tūc demum redis ad quæstionem. Ergo hic quia inimicus fuit occidit: deinde lōge petitum argumētum etiā illic licet animaduertere: ubi Cicero redarguit hermagoram nō recte sub qualitate posuisse deliberationem: & demōstrationem: ubi primum docet genera esse causarū. Quod genera sunt causarū: partes generis causæ esse nō posse: ut si partes generis causæ esse nō possunt multo magis ptes partium esse nō posse. Postremo redit ad quæstionē: male igiť deliberatio: & demōstratio sub qualitate ponuntur. Itaqꝫ argumētum nunc lōge a quæstiōe est: nūc uicinum est quæstioni. Deinde debemus hoc animaduertere argumētum quodcūqꝫ sumimus utrum in genere sit an in specie. Si in genere sine deliberatione proponere debemus. Dēde approbare eandem propositionē: tertio loco speciem assumere. Quarto loco assumptionē speciei multis rationibus approbare: postremo concludere. Huius syllogismi subiiciamus exemplum illud ipsum epaminundæ. Omnes leges iudices ad commodum reipub. referre oportet & cætera: hæc propositio est generalis sine ulla dubitatione. Deinde approbat eandem propositionem.

Ea enim uirtute: & ſapiētia maiores noſtri fuerunt & cætera. Tertio loco ſpecies aſſumitur. Ergo in hoc quoq; iudicio definire litteras: legem quoq; interpretari & cætera. Quarto loco approbat aſſumptionē. Conſiderate quid magis utile fuit thebanis q̃la cedæmonios opprimi & cætera. Poſtremo concludit. Quod ſi leges omnes & cætera. Hoc autē argumentum longe a quæſtione petitum cognoſcimus facile. Argumentū uero quod in ſpecie eſt ſemper cum dubitatione proponit̄. Si hoc eſt illud igitur non eſt. Aut hoc faciamus aut illud faciamus. Verum cum in propoſitione ſi eſt.

dicitur cum in propoſitione

autem eſt. dicitur

argumentum igitur quod in ſpecie eſt debet ſemper cum dubitatione proponi: huius propoſitionis facienda eſt approbatio. Deinde aſſumptio eiuſdem ſpeciei faciēda eſt per eandem ſpeciem. Sed per confirmationem. Cuius aſſumptionis faciēda eſt approbatio. Tunc erit poſtrema cōcluſio. Talis in miloniana tatione ſyllogiſmus eſt. Si inquit doceo cauſas fuiſſe clodio ut occideret milonē probo inſidiatorem. Hanc propoſitionē approbauit: & ſi boni ne magno quidem emolumento impelluntur ad fraudem īprobi ſæpe patuo. Deinde ipſam ſpeciem aſſumit per confirmationem. Habuit autem cauſas clodius: Hanc rurſus aſſumptionem multis rationibus approbat. Poſtremo concludit. Quare ſi habuit cauſas clodius ut occideret milonem conſtat inſidiatorem fuiſſe. Ergo quotiens argumētū in genere fuerit: ſpecies aſſumēda eſt. Quotiens argumentum in ſpecie fuerit: ipſa ſpecies aſſumenda eſt: ſed per confirmationē. Hoc autem tenere debemus in propoſitione tum totius argumentationis conſiſtere.

Siue autem in genere: ſiue in ſpecie ſit propoſitio: ex ipſa tamen ſemper generatur aſſumptio. Docuit itaq; quinq; partitā argumentationem per exemplum epaminundæ. Deinde docuit quadripartitā argumentationem duobus modis: nunc propoſitionis approbatione ſublata: Deinde docuit tripartitam argumentationē utraq; approbatione ſublata. Nunc quæſtio eſt an ſit bipartita argumētatio. Si pepit: uirgo nō eſt: pepit aūt. Multi dicūt eē bipartitā argumētationē hac rōne. Si inquiunt approbatiōes ſæpe q͞a manifeſte ſunt ſubtrahunt̄ cur nō & concluſio cū manifeſta eſt ſubtrahatur quaq; parte poteſt alicui uideri poſſe conſiſtere. Eoꝝ generū quū dubie ſunt ratiōes afferemus. Hoꝝ quæ cōſiſtūt exēpla ponemus. Quinquepartita argumentatione hmōi. Omnes leges iudices ad cōmodū reipu. referri oportet & eas ex utilitate communi nō ex ſcriptione quæ in litteris eſt interpretari. Ea.n. uirtute & ſapientia maiores noſtri fuerunt ut in legib' ſcribendis nihil ſibi aliud niſi ſalutem & reip. utilitatem proponerent. Neq;.n. ipſi quod obeſſet ſcribere uolebant: & ſi ſcripſiſſent cū eſſet intellectum repudiatum iri legem intelligebant. Nemo.n. leges legum cauſa ſaluas eſſe uult: ſed reip. quod ex legibus oēm remp. optime putant adminiſtrari. Quāobrem igitur leges ſeruari oportet ad eā cauſam ſcripta omnia interpretari conuenit; hoc eſt quoniam reipu. ſeruimus ex reip. cōmodo atq; utilitate īterpretemur. Nā ut ex medicina nihil oportet putari proficiſci niſi q͞d corporis ad utilitatē ſpectet: quoniam eius cauſa eſt inſtituta: ſic a legibus nihil cōuenit arbitrari: niſi q͞d reip. conducat proficiſci: quoniam eius cauſa ſunt cōparatæ. Ergo in hoc quoq; iudicio definite litteras legis ſcrutari & legem ut æquum eſt ex utilitate reipu. conſiderate. Quid.n. magis utile fuit thebanis quā lacedæmonios opprimi: Quid magis Epaminundam thebanoꝝ imperatorē q̄ uictoriæ thebanoꝝ cōſulere decuit: quid hunc tanta thebanoꝝ gloria tam claro tam exornato tropheo carius atq; antiquius habere cōuenit: Scripto uidelicet legis omiſſo ſcriptoris ſententiā conſiderare debebat. Atq; hoc idem conſideratū ſatis eſt: nullam eſſe legem niſi reip. cauſa ſcriptam. Sūmam igitur amentiam putabant eſſe quod ſcriptum erat reip. cauſa ſalutis: id non ex reipu. ſalute īterpretari. Quod ſi leges oēs ad utilitatem eſt reipu. referre conuenit: hic aūt reip. profuit: profecto eodem non pōt facto & cōibus fortunis conſuluiſſe & legibus non obtemperaſſe. Quattuor autem partibus conſtat argumentatio: cū aut proponimus aut aſſumimus ſine approbatione. Id facere oportet: cū aut propoſitio ex ſe intelligitur: aut aſſumptio perſpicua eſt: & nullius approbationis indiget: propoſitionis approbatione prætérita quattuor ex partibus argumētatio tractatur ad hūc modum. Iudices qui ex lege iurati iudicatis: legibus obtemperare debetis. Obtēperare autē legibus non poteſtis niſi quod ſcriptum eſt in lege ſequamini. Quod enim certius legis ſcriptor teſtimoniū uoluntatis ſuæ relinquere potuit quam quod ipſe magna cū cura atq; diligētia ſcripſit. Quod ſi litteræ nō extarent magnopere eas requiremus ut ex his ſcriptoris uolūtas cognoſceret̄. Nec tñ Epaminūdæ pmitteremus: ne ſi extra iudiciū q͞dē eēt

ut is nobis sniam legis interpretaret: ne dum nunc istud patiamur: cũ præsto lex sit: nõ ex eo quod aptissime scriptũ est: sed ex eo quod suæ causæ cõuenit scriptoris uolũtatẽ iterpretari. Quod si uos legibus obtempare debetis: & id facere non potestis: nisi qđ scriptũ est in lege sequamini: qd dubitatis quin istũ contra legẽ fecisse iudicetis. Assumptionis aũt approbatione ꝑterrita sic fiat argumentatio. Qui sæpenumero nos pfidiæ fefellerũt: eoꝝ orõni fidẽ habere nõ debemus. Si qd. n. pfidia illoꝝ detrimẽti accepimus: nemo erit ꝑter nosmetipsos quẽ iure accusare possum⁹ ac primo qdem decipi incõmodũ est: iteꝝ stultũ: tertio turpe. Carthaginenses uero persæpe iã nos fefellerunt. Sũma igiẽ amẽtia est in eoꝝ fidẽ spem habere: quoꝝ perfidia totiẽs deceptus sis. Vtraq; approbatione ꝑterita tripartita fit hoc pacto: aut metuamus carthaginẽses oportet: si incolumes eos relinquerimus: aut eoꝝ urbẽ diruamus: aut metuere qdem nõ oportet: Restat igiẽ ut urbẽ diruamus. Sunt aũt qui putãt nõ nunq̃ posse cõplexione oportere supersederi: cũ id pspicuum sit qđ cõficiaẽ ex ratiocinatione. Quod si fiat bipartitã quoq; fieri argumentationẽ hoc modo: Si pepit: uirgo nõ est: pepit ãt hic satis esse dicũt proponere & assumere: quoniã pspicuum sit quod conficiatur ex raciocinatione. Quod si fiat cõplexionis rẽ nõ indigere. Nobis aũt uideẽ: & omnis ratiocinatio cõcludenda esse: & illud uitiũ quod illis displicet magnopere uitandum ne quod pspicuum sit id in complexionẽ inferamus. Hoc aũt fieri poterit si complexionẽ genera intelligenẽ. Nã aut ita cõplectimur: ut in unum conducamus propositionẽ & assumptionẽ hoc modo. Quod si leges omnes ad utilitatẽ reipu. referri conuenit: Hic autẽ reipubli. profuit: profecto nõ põt eodẽ pacto & saluti cõi cõsuluisse: & legibus nõ obtempasse: aut ita ut ex cõtrario sentẽtia cõficiatur hoc modo. Summa igiẽ amentia est in eoꝝ fidẽ spem habere quoꝝ pfidia totiẽs deceptus sis: aut ita ut id solũ quod cõficiẽ inferatur ad hunc modũ: urbem igitur diruamus: aut ut id quod eã rem quæ cõficitur sequatur necesse est: idest huiusmodi: Si peperit: cũ uiro concubuit: pepit aũt: conficitur hoc mõ: cõcubuit igitur cũ uiro hoc si nolis inferre: & inferas quod inde sequitur: fecit igiẽ incestum & concluseris argumentationẽ & pspicuã feceris cõplexionẽ: Quare in longis argumentationibus ex cõductionib⁹ aut ex cõtrario complecti oportet. In breuibus id solum qđ cõficiẽ exponere: in his in qb⁹ exitus pspicuus est cõsecutiõe uti. Si q ãt ex una pte putabũt constare argumẽtationẽ poterũt diceẽ sæpe satis hoc mõ argumẽ

ut si bipartita argumẽtatio per propositionem & assumptionem: si peperit: uirgo nõ est. Peperit autem. Cice. hanc illorum sententiam repræhendit. Dicitq; semper argumentationem cõcludendam esse: nec unq̃ tamen utẽdum esse manifesta cõclusione. Tunc autem hoc fieri posse si conclusionũ genera cognoscamus: sũnt aũt quattuor. Quarum cõclusionum una talis cũ breuiter facimus propositionis & assumptionis & post adiungimus id quod ex omni argumentatione cõficitur. Dat autem ipse exẽplum. Quod si leges omnes ad utilitatem reip. referri conuenit hic autem saluti reip. profuit profecto non põt eodem pacto & saluti cõi consuluisse & legibus nõ obtemperasse: secunda aũt cõclusio talis est ut argumentatio ex cõtrario cõcludatur; & dat exemplum: sũma igitur amentia est in eoꝝ fide spem habere quorum perfidia totiens deceptus sis. Propositio. n. huius sylogismi talis est. Qui sæpenumero nos p fidẽ fefellerunt: eoꝝ orationi fidem habere non debemus. Hoc postq̃ probatum est ita cõcludi oportuit. Igitur Carthaginensibus fidẽ nõ habere debemus: sed cõtrarium potius in cõclusione cõstituit: sũma igiẽ amentia est in eorum fide spẽ habere quoꝝ perfidia totiens deceptus sis. Tertia cõclusio talis est: ut id solum quod ex omni argumentatione conficitur inferamus & dat exemplũ urbem igiẽ diruamus. Quarta cõclusio talis est: cum nõ id quod cõficiẽ in conclusione ponimus: sed id quod eã rem q̃ conficiẽ cõsequaẽ & dat exemplũ: si peperit cũ uiro concubuit. Peperit aũt. Hic conficiẽ. Cum uiro igitur cõcubuit: sed hoc in conclusione quia manifestum est nõ ponit: sed illud ponit qđ manifestũ illam conclusionẽ cõsequitur, Igitur fecit incestũ: &. n. si cũ uiro concubuit id cõsequitur ut fecerit incestũ. Antiqui aũt quẽcũq; hominũ coitum incestum appellabanẽ. Quare in longis argumentationibus. Dat ꝑceptũ ut sciamus qua cõclusione unaquæq; argumẽtatio cõcludenda sit. Quotiẽs inquit lõga fuerit argumẽtatio aut pp memoriã facere in cõclusiõe debemus: aut si erũt in memoria q̃ supradicta sũt. Argumẽtatio nobis ex contrario cõcludẽda est. Verũ lõga argumẽtatio nõ partibus: sed mẽsura partiũ cõstat. i. nõ qnq; ptita aut q̃dripartita argumẽtatio lõga est. Sed ĩ q̃cũq; argumẽtatiõe quotiẽs latiores fuerint approbationes tũc longe erunt argumẽtationes. Ita & quinquepartita argumẽtatio ex modo approbationũ breuis poterit inueniri. Quare inquit quæcũq; lõga argumẽtatio fuerit duobus modis cõcludenda est. Aut per conductionẽ. i.

Aut per contrarium. Quotiens autem breuis fuerit argumentatio hoc solo quod conficitur concludenda est: in illis

uero argumētationibus quæ exitum manifestum habent cōsecutionem ponere in cōclusione debemus: sin autē ex unaquaq; parte putabunt constare argumentationē: reprehendit etiā illos qui ex una pte dicūt fieri posse argumentationē. Hi inquit errant de nominis ambiguitate. Nam argumētatio duas significationes habet: & argumenti: & argumentationis. Quare cum dicunt si peperit cū uiro concubuit: inuentum proferunt: nō expolitionem .i. argumentū proferunt non argumentationē: sed talis argumentatio esse non potest nisi cum expolita profertur oratio. Eodem modo inquit & illi errant qui dicūt aliquando subtrahi posse nunc propositionē: nūc assumptionem. Nam qm utraq; hæc monet auditorē: neutra necesse est subtrahat expolitioni. Itaq; magnopere studēdū est: quia inuentio cunctis oratoribus cōmunis est: sed ipsi oratores dicendi mō aut optimi sunt aut mediocres aut sunt infimi. Variare aūt orationē magnopere oportebit. ppter fastidia uaria inquit uti oratione debemus ut nunc per inductionem argumentationem argumētemur: nunc per ratiocinationē. Deinde ratiocinationib⁹ nūc qnq; partitā nunc quadripartitā nūc tripartitam faciamus argumentationē. Deinde ut non semper prima sit ppositio sed aliquādo assumptio prima sit: Hæc inquit ut melius inspiciamus aut scribamus ipsi & nos exerceamus, aut si id piget facere ea quæ supra posita sunt exempla uideamus & in ipsis hanc exerceamus uarietatem: illud aūt præcepit sylogismos omnes in dialectica contineri hos paucos inde deriuatos qui oratori conuenire uidebantur. Deniq; isti nō sylogismi sed epichiremata dicuntur. Reprehensio est per quā argumentando aduersariorum confirmatio diluitur aut īfirmatur: aut alleuiat. Iam de quattuor partib⁹ orationis dictum est. De exordio de narratione: de comparatiōe: de partitione de comparatione de confirmatione. Nunc secūdum ordinem de reprehēsione tractandum est. Reprehensio est oratio quæ post nostrā confirmationē aduersariorum confirmationē reprehendit: hæc duo agit: aut oīno tollit q aduersari⁹ dixit: aut infirmat ac leuius reddit. Verū ipsa reprehensio ex illis locis argumentorum capitur ex quibus confirmatio .i. ex attributis psonæ & attributis negocio. Materia enī argumentorū cōmunis est tam confirmāti q reprehendenti: & cum tria sint data cōfirmationi. Materia argumentum argumētatio. Materia non reprehēdimus: quæ nuda atq; cōis est. Sed argumentum: aut argumentū rōne reprehendimus: & quoniā cōfirmationem uel reprehēsionem cōiter hactenus præcepta tradidimus: debemus scire certos modos reprehensionis. Sunt aūt

tationē facere. Quoniā pepit: cū uiro cōcubuit. Nā hoc tullius neq; approbatiōis: neq; cōplexiōis īdigere sed nobis ambiguitate nois uidentur errare. Nā argumētatio noīe uno res duas significat. Ideo qđ & inuentū aliq in rē ,pbabile: aut necessariū argumētatio uocat: & eius inuenti artificiosa expolitio. Q ñ igit̄ pferūt aliqd hmōi. Q m̄ pepit: cū uiro cōcubuit: inuentū pferūt nō expolitionē. Nos aūt de expolitiōis partib⁹ loquimur. Nihil igit̄ ad hanc rē ratio illa ptinebit: atq; hac distinctiōe alia quoq; quæ uidebunt̄ officere huic partitioni ,ppulsabimus. Si q aut assumptionē aliqñ tolli posse putent aut propōnē: Q uæ si quid hēt probabile aut necessariū quoquo mō cōmoueat audire necesse est. Q uod si solū spectaret̄ id qđ inuētū est ac nihil quo pacto tractaret̄ id q đ esset excogitatū referet: nequaq̄ inter summos oratores & mediocres interesse existimaret̄. Variare aūt orationē magnope oportebit. Nā oībus in rebus similitudo est societatis mater: id fieri poterit: si nō similiter sem per ingrediamur in argumētationē. Nā primū oīum generibus ipsis distinguere cōuenit: hoc est tum inductione uti: tum ratiocinatione. Deinde in ipsa argumētatione non semp a propositione incipere: nec semp quinq; ptibus uti nec eadē ratiōe expolire partiones: sed tum ab assumptione incipe licet: tum ab approbatione alterutra: tum utraq;: tū hoc: tum illo genere complexionis uti id ut pspiciamus aut scribamus: aut in quolibet exemplo de his quæ proposita sunt hoc idem exerceamus: qđ facile sit factu. Ac de partibus quidē argumentationis satis nobis dictum uidetur. Illud aūt uolumus probe intelligi nos tenere. Aliis quoq; rōnib⁹ tractari argumētatiōes in philosophia multis: & obscuris: de quibus certum & artificiū constitutum. Verum illa nobis ab usu oratoria uisa sunt aliena. Quæ pertinere autē ad dicendum putamus: ea nos cōmodius quam cæteros attēdisse non affirmamus: sed perquisitius & diligentius per scripsisse pollicemur. Nunc ut statuimus proficisci ordine ad reliqua pergemus.

De reprehensione.

r Eprehensio est per quā argumentādo aduersariorum cōfirmatio diluitur: aut infirmatur: aut alleuiat̄. Hæc fonte inuētiōis eodē utetur: quo utit̄ cōfirmatio: ,pptērea qđ qb⁹ ex locis aliqua res confirmari potest: iisdē potest ex locis infirmari: nihil .n. considerādū est in his oībus inuentionibus: nisi id quod persone aut negociis attributum est: Quare inuentionē: & argumentationū expolitionem ex illis quæ ante præcepta sunt: hāc quoq; ī partem orationis trāsferri oportebit. Verū tamē ut quæ

quattuor principales modi:si aut sumpta reprehēdamus aut cōclusionē:aut genus argumētationis.At si hæc tria nullo modo repræhēdi potuerūt quod extremū est facere debemus:ut aliud cōtra argumētū firmū:aut firmius pferamus sumpta sunt quæcūq nobis ad fidē sumimus.Ad fidē aūt sumimus argumentum.Ergo argumēta sumpta sunt:& qm̄ argumētū nō nisi ex cōfesso fit recte ea quæ ex cōfessis argumēta sumimus sumpta dicūtur:sunt aūt sumpta semp quattuor probabilia tria necessaria. Probabile &.n.argumētū in quattuor diuidit.Credibile:signū.Cōparabile:iudicatū. Necessaria in tria diuidit. Cōplexionem. Enumerationē: simplicē cōclusionē. Itaq quia septē argumēta septem sumpta sunt: de quibus argumētis cū aduersarius: quodcūq sibi ad fidē sumpserit tu cōtinuo certis modis poteris reprehēdere quos modos a Ci.traditos in singula sumpta rephēdēda diligēter debeamus attendere.Quod pro itinere pro credibili sumptū erit id ifirmabit si aut pspicue falsum erit hoc modo. Numerauit septem esse sumpta.Nūc docet unū quodq sumptū quot modis rephēdi possit:& a pbabili argumēto incipit: ī quo quattuot cōtinent.credibile:signū: cōparabile:iudicatū.Itaq ingt si aliud ab aduersario pro credibili argumento fuerit prolatū quinq id modis possumus reprehēdere: si aut ingt quod solidum aut primū est argumentū ipsum falsum esse doceamus: aut si ex cōtraria quoq parte credibile esse monstremus.Aut si omnino erit īcredibile. Aut si id quod paucorū est oīum esse dicat. Aut si id quod raro cōtingit fieri omnino denegetur. Falsum est qd in re falsū est & quod omnino aliter esse contendimus: sicut ipse ait.Nemo est qui nō pecuniā q̄ sapientiam malit.Hoc itaq falsum est:ut etiam si unus fuerit inuentus:qui sapientiā malit. Argumentū aduersarii falsum esse dicatur. Ex cōtrario quoq credibile erit si qd ab aduersariis:pro credibili prolatū nihilominus credibile sit si cōuertat. Vtputa quis est qui nō officii cupidior quā pecuniæ sit: hoc utiq aduersario pro credibili platū est. Quod cōuersum. Nihilominus icredibile est si dicas. Quis est qui nō pecuniæ cupidior quā officii sit.Ergo credibile reprehēditur quod ex cōtraria parte conuersum:nihilominus credibile potest uideri:incredibile aūt dicet qd ab hoīum opinione dissentit & hoc intererit inter falsum & incredibile quod falsum in ipsa re est īcredibile uero in opinione.Itaq ingt īcredibile est:utputa si auarus dicat mediocris officii cū maximā pecuniam cōtēpsisse. Hoc itaq apud opinionem hoīum credi nō potest:qm̄.n.auarus maximā pecuniam contēneret mediocris officii causa q ob paruā pecuniā sæpe officia magna cōtēnit. Inter falsum & īcredibile hoc interest quod falsum est credibile esse pōt & incredibile:deinde quod incredibile est uerum esse pōt & falsum.Sed uerū duplex est:nūc id quod uere gestum est nunc id quod uere gestum esse quibusdam rōnibus approbat. Itaq sæpe quod uerū est & quia falsum esse nō pōt:icredibile est. Verū.n.qd Simon uolauit: sed tn̄ incredibile est.Deinde si dicas uno die duas cōtrouersias pscripsi cū nō pscripseris in re qdē falsum: sed tn̄ qa fieri potuit credibile est.Rursus credibile argumētū rephēdi pōt si qd paucorū est oīum esse dicat utputa:qui paupes sunt his nō officiū magis q̄ pecunia cordi ē.Hoc qa generaliter dictū est rephēdi pōt. Nā possunt aliq paupes inueniri qbus officiū magis cordi sit q̄ pecunia. Nec nos moueat q ī argumēto

dam pceptio detur huius quoq partis exponemus modos rephēsionis quos qui obseruabūt; facilius ea quæ cōtradicunt diluere aut infirmare poterūt. Oīs argumētatio repræhendit: si aut ex his quæ sumpta sunt nō cōcedit aliquod unū plurau e: aut his cōcessis cōplexio cōfici ex his negat: aut si genus ipsum argumentatiōis uitiosum ostenditur: aut si cōtra firmā argumētationē alia æque firma aut firmior ponitur. Ex his quæ sumuntur aliqd nō cōcedit: cū aut id qd credibile dicūt negat esse huiusmōi: aut quod cōparabile putāt: dissimile ostendit; aut iudicatū aliā in partem traducit; aut omnino iudiciū iprobatur: aut qd signū esse aduersarii dixerūt: id eiusmodi negatur esse: aut si cōplexio: aut una: aut ex utraq pte reprehenditur: aut si enumeratio falsa ostenditur: aut si simplex cōclusio mali aliquid cōtinere demonstratur. Nam omne quod sumitur ad argumentandū siue probabili: siue pro necessario: necesse est sumatut ex his locis ut ante ostendimus. Quod pro credibili sumptū erit id infirmabitur si aut pspicue falsum erit hoc modo. Nemo est qui nō pecuniā q̄ sapientiā malit: aut ex cōtrario quoq credibile aliqd habebit hoc mō. Quis est qui nō officii cupidior sit quam pecuniæ; aut erit omnino incredibile: ut si aliquē cōstet esse auarum & dicat alicuius mediocris officii causa se maximā pecuniam neglexisse: aut si quod in quibusdam rebus aut hominibus accidit: id hoībus dicat usu euenire hoc pacto. Qui pauperes sunt his antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus ē in eo cædē factā eē oportet: in loco celebri hō occidi qui potuit: aut si id qd raro fit: fieri oīno negat; ut Curius pro Fuluio. neq nemo potest uno aspectu neq pteriens in amorem incidere; quod autem pro signo sumetur id ex iisdem locis quibus confirmatur infirmabitur. Nam in signo primo uerū esse ostēdi oportet: deinde eius esse rei signū propriū qua de re agitur: ut cruorem cædis.

credibili quod qdẽ ex pſonis fieri diximus exemplũ de loco poſuerit. Credibile.n.argumentũ.i.probabile maxime qdẽ pſonaꝝ eſt. Sed fit ẽt ex attributis negocio.i.ex loco tpe:uel reliqs. Itaqꝫ ſub hoc mõ reprehẽſionis duo exẽpla poſuit:unũ a pſona:aliud a loco. Illud ãt quod tertiũ uideť exẽplo illi qđ ſub extremo mõ poſitũ ẽ cõgruũ:nõ tertiũ eſt exẽplũ ſed ſecũdi concluſio: ut primũ exẽplũ a pſonis ſit. Qui pauperes ſunt his antiquior officio pecunia eſt. Secũdũ exẽplũ a loco ſit. Qui locus deſertus eſt in eo cędẽ factã eſſe oportet. In loco celebri hõ occidi q potuit: Itaqꝫ hoc pceptũ tenere debemus qđ ex attributis pſonæ maxime credibile argumẽtũ cõficiť. Eſt tñ & in factis credibile. Signũ aũt nõ niſi ex factis cõfici. Scire tñ debem⁹ ex attributis pſonæ fieri:& neceſſariũ argumẽtũ:ſi dicas pedib⁹ æger quinquagita milia q̃ potuit ambulare. Poſtremo.credibile argumẽtũ pt rephẽdi ſi id qđ raro fit nũq̃ fieri poſſe dicať. Vt puta nemo eſt q puellã præteriens adamet. Hoc & rurſus generaliter quia dictũ eſt põt reprehẽdi. Nã frequẽter & ſemel uiſa puella poteſt adamari: ut ĩ eunucho adamat cherea ut in Virg. ut uidi ut perii:ut me malus abſtulit error. His itaqꝫ qnqꝫ modis credibile poterit reprehẽdi ſi aut pſpicue falſum eẽ oſtẽdatur:aut cõtrouerſum ex cõtraria parte nihilominus credibile ſit:aut ſi ĩcredibile demõſtreť: aut ſi qđ paucoꝝ eſt omniũ eſſe dicať:aut ſi quod raro fit id nũq̃ fieri poſſe dicať. Quod ãt pro ſigno ſumeť id ex hiſdẽ locis qbus cõfirmať infirmabiť. Dixit quot modis credibile poſſit reprehẽdi. Nunc trãſit ad ſignũ:ſi inqt ab aduerſario aliqd pro ſigno fereť id hiſdẽ locis reprehẽdi põt quibus cõfirmať. Verũ qm̃ definitiõe ſignũ eẽ dixit quicqd in ſenſus cadit maxima ſigna ſunt:& quæ in cõtrouerſiis frequẽtib⁹ neceſſe eſt ĩueniri. Oculorũ & auriũ. Oculoꝝ pallet puluerulentus eſt:cruentus eſt. Auriũ uero hoc dixit:hoc locutus eſt. Itaqꝫ pter hæc ſigna quæ oculis digitoqꝫ mõſtranť. Omne factum:ac dictum ſignũ eſt. Quæ facta & dicta negocio attributa ſunt.i.continentia cũ ipſo negocio. Quæ facta & dicta tripliciter cõſiderãtur: ante negociũ in negocio:poſt negociũ:itaqꝫ cum ex his quæ negocio attributa ſunt argumẽta ſumpſerimus ſignũ eſt ideſt ex his quæ cõtinentia cum ipſo negocio ſunt:& quæ in geſtione negocii cõtinentur:deĩde ſi ex his fecerimus argumẽtum quæ perſonis attributa ſunt credibile erit:& hoc ideo argumentũ dicetur: ut quaſi argumẽtũ a pſonis fiat ſignũ a negociis:& ideo Cicero & in ceciliana argumẽtis agemus ſignis luce omni clarioribus crimina refellemus. Igiť ſi aduerſarius inquit aliquid pro ſigno protulerit hiſdem ex locis reprehendere debemus:quibus cõfirmatur:& quoniam ignoratur quibus ex locis ſignum confirmari debeat idipſum docet. Cõfirmatur autem quattuor modis. Primo inquit ſignũ manifeſtũ ipſum eſſe debet ideſt ut cum dixeris pallet:uere palleat. Deinde poſtq̃ cõſtiterit eſſe ſignũ conſtet rurſus eius rei eſſe ſignũ de qua agiť dicas occidit nam cruentus eſt. Et quoniam diximus factum omne ſignum eſſe:in facto autem:& facta & dicta ſunt cõfirmamus inqt ſignũ ſi aut id factũ dicamus ꝙ nõ oportuerit:aut id factũ qđ oportuerit. Sed quia interdũ p ignorantiã pueniet: ut aut id nõ faciamus qđ oportet:aut id faciamus ꝙ nõ oportet. Tunc aũt grauius delictũ eſt:ſi faciamus quæ nõ faciẽda ſunt. Quia in eo qđ facimus faciendum:uel ſi nõ faciendũ:ineſt ſcientia delinquentis. Si enim quia aut faciendũ eſt:aut non faciendũ icirco poſtremũ illud addit ad confirmationẽ ſigni ut nõ modo aliquid fecerit ſed ꝙ ſcierit faciendũ eſſe aut nõ eſſe faciendũ. Poſtremo inquit ſciſſe eum de quo quæritur eius rei legem & conſuetudinem. Itaqꝫ quattuor modis ſignum cõfirmamus. Primũ ut uerum ſit. Deinde ut eius rei de qua agimus ſignum ſit. Deinde ut doceamus aut id factum eſſe quod nõ oportuerit aut id non factum quod oportuerit. Poſtremo etiam ſciſſe eum utrum fuerit faciendum:uel non faciendũ. Hæc quattuor confirmando ſigno attributa ſunt:quorum ſi aduerſarius quodlibet ad confirmandũ protulerit tu id quinqꝫ modis reprehendis. Dicere enim debebis inquit aut non eſſe ſignũ ideſt ſi dicatur homicidium fecit:nã puluerulentus eſſe utiqꝫ ad homicidiũ puluis ſignum eſſe non poteſt: aut parum magno eſſe ſigno: & enim non modo ſignum proferendũ:eſt ſed & plenum ſignum. Vnde illud in Teren. Iam ſcio magnum ſignum aut a ſe potius q̃ ab aduerſariis ſtare ſi dicatur ſcelus fecit:nã erubuit:cũ tu contra poſſis dicere immo ſcelus nõ potuit facere:qa erubuit:aut oĩno falſo dici:ſi dicatur. Neſcio quis pallere cũ nõ palleat. Aut in aliã quoqꝫ ſuſpitionem duci poſſe demõſtrabiť ſi dicať quia pallet occidit hoĩem cum ſit pallor & ægritudinis:itaqꝫ ſi quid ad confirmandũ ſignũ fuerit prolatũ his qnqꝫ mõis reprehẽdi oportebit qđ qdẽ ſe ĩ ſecũdo lib. de cõiecturali cã ſignãti⁹ tractaturũ eẽ pmittẽt. Cõpabile argumẽtũ ex ſimilitudĩe cõſiſtit qđ ut reprahẽdas: id qđ aduerſarius

